BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
D
74
NAPOLI

27 — Num. — 52 Jnf

~~[illegible] Libra di Jnf~~

XXXIX
D.
74.

SIGISMVNDI
IVLII MYNSINGERI
A FRVNDECK,
IOACHIMI
FILII,
Equitis Saxonis,

IVVENILIA,
Siue
LIBRI POEMATVM.

Poſt immaturum auctoris obitum rogatu
fratris eius collecta, digeſta, & in
lucem edita
AB
HENRICO MEIBOMIO, POETA
CAESARIO ET PROFESSORE
IVLIO.

HELMAESTADII,
Ex officina typographica Iacobi L[illegible]
Anno M. D. CII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

CONCEPTIONIS NEAPOLIS BIBLIOTHECA CAPUCCINORUM
BIB NOV

SIGISMUND IULIUS MYNSINGER
VON FRONDECK DES BRAUNSCH:
FÜRSTEN: ERBCAMERER.

Generoſæ indolis & maximæ
ſpei puero,

IOACHIMO,

Henrici Alberti Mynſingeri à
Frondeck, in Bonnekenbeck &c. hereditarij, Ducatus Brunſuicenſis
Camerarij,

*Viri quà genus, quà virtutem, quà
eruditionem,*

nobiliſſimi, clariſſimi,

filiolo primogenito,

D. D.

Henricus Meibomius, Poëta
& Hiſtoricus.

Catalogus eorum, quæ hoc libro continentur.

Panegyricus H.Meibomij *de familia Mynſingerorum, & vita Ioachimi Mynſingeri à Frondeck, ICti clariß.*

Sigiſmundi Iulij Mynſingeri *Iuuenilia, videlicet,*

- *Ecloga tres.*
- *Luſus paſtorales.*
- *Amorum liber vnus.*
- *Epiſtolarum liber vnus.*
- *Syluarum libri duo.*
- *Tumulorum liber vnus.*
- *Vita Chriſti ab eodem Mynſingero graui & erudito carmine deſcribi capta, ſed propter immaturum eius obitum non abſoluta, tanquam imperfectum opus omiſſa eſt.*

Epicedia & Epitaphia diuerſorum auctorum *conſecrata memoria Sigiſmundi Iulii Mynſingeri p. m.*

PANE-

PANEGYRICVS

IN LAVDEM NOBILISSIMI ET MAGNIFICI VIRI, DOMINI IOACHIMI MYNSINGERI à Frundeck, Iuriſconſulti, Comitis Palatini, & Ducatus Brunouicenſis Camerarij hereditarij &c.

Quo tàm familiæ primordia & res geſtæ præcipuæ, quàm vita Ioachimi Mynſingeri breuiter delibantur:

SCRIPTVS AB
HENRICO MEIBOMIO, POETA CAEſario, in academia Iulia profeſſore ordinario.

ME ſi cœlicolæ paterentur ducere vitam
Spontè mea, neq; pauperies inimica volentis
Cœpta redargueret, mentis data dona ſecutus,
Articulos plectris, numeriſq; ſonantibus ora
Molliter aptarem, procerumq; ingentia facta,
Aut hominum cœtu in medio, dulciuè ſub vmbra,
Propter aquæ riuum, vel in alti vertice montis,
Exequerer, meditatus opus, quod forſitan ætas

Poſtera,nec rude,nec limæ iurauerit expers.
Nunc ſors immeritum,varijs infenſa procellis,
Deijcit inceptis, & ad inferiora retrudit.
Dùm tamen auguſtos tacita conſidero mente
Mynſigeri vultus,ſpirantemq́; ardua frontem:
Et ſubeunt animum,pro iuris honore ſeueri,
Pro patriæ comtu,tutaq́; ſalute Scholarum,
Suſcepti toties exantlatiq́; labores,
Non ſenij tardante malo,non crimine ſecli,
Concitat indomitam mentem vigor altus, & omnes
Pellicit arcanas ad idonea carmina fibras.
Dij bene! non tantùm taurorum cæde boumq́;
Numina placantur: ſed primæ ſpicea meſſis
Dona probat Deus,& vili lenitur acerra.
Et feret,& noſtros non abnuet æquior auſus
Mynſiger,Europæ ſydus,Rheniq́; bicornis,
Spumantisq́; Nicri decus indelebile,Sueuæ
Gentis honos & Saxonicæ regionis Apollo.
Ille fauet Muſis,illi ſublimia dictant
Carmina Pierides,illum facunda mouentem
Plectra ſuis infert tellus Alemana Poëtis.
Et dubitamus adhuc virtutem extollere verſu,
Per fora,per vicos,per culta Lycea,per vrbes,
Quà ſol exoriens vaga nubila diſijcit,& quà
Lora fatigatis ſoluit nodoſa caballis?
Ne iuuenes, ne talem animis adſueſcite ſenſum:
Hæc eſt materies, in qua ſudare Poëtas
Conuenit,& meritæ precium depoſcere palmæ.
Vrbs antiqua iacet Nicri flauentis ad amnem
Studgardia Ducatus VVirtenbergenſis Metropolis. STVDGarda,Heilprunnum contra,Francosq́; potentes,
Diues agri,diues pecoris,quam belliger olim,

Temperie cœli motus habituq́; locorum
Conſpicuo, ſtatuit Charitinus, ad æthera turres
Educens validas & propugnacula condens
Edita murorum: nunc ſtemmate clarus auito
Magnus Vdalricus, cui VVirtenberga potensq́;
Teccia, cui montis Peligarti regia ſeruit,
Imperio premit & tranquilla pace tuetur.
Mynſigerum hæc auris vrbs dulcibus intulit, alta
Nobilitate ſatum: quæ pictos ordine vultus
Maiorum, oſtentat, præclaraq́; facta repoſtis
Explicat è cartis: vt quondam tempore longo
Heluеticos montes habitârit & arua Sabaudis
Proxima, conſilio pollens cenſuq́; virisq́;.
Vtq́; LEOPOLDO ſub principe quaſſa procellis
Fortunæ inſtabilis notis excedere regnis,
Exilioq́; domos mutare & limina cara,
Iuſſa ſit, aduerſo caderet cùm ſydere princeps,
Et vita & regnis tumido ſpoliatus ab hoſte.
At pius & ſortem miſerans, diſcrimine tanto,
Arbiter Imperij, profugis ſolamina damni
Attulit, & montoſa dedit caſtella lareſq́;,
Quà vetus abluitur turgenti SVEVIA Nicro.
Nulla labat virtus: quoties graue brachia palmæ
Vrget onus, ramoſq́; premit duriſsima moles,
Emicat impatiens, contraq́; grauantia ſurgit
Pondera. Mynſigeros non inclementia fati
Terruit aduerſi, partæ fiducia laudis
Spem dedit, atq́; metus euulſit inobruta ſegnes,
Doctrinæ ſubnixa bonis oriſq́; diſerti.
Pacis amans & pacis habens laudabile nomen.
Tertius Auſonij FRIDERICVS gloria regni,

Anno Christi 1514.

Familia Mynſingerorum, caſo Leopoldo Archiduce Auſtriæ, cum alijs nobilibus, ex Heluetia erecta eſt anno Chriſti 1385.

Frundeck caſtrum ad Nicrum.

Iohannes Mynſingerus Conſiliarius Frederici III. Imp. Eques auratus.

Membra

Membra ſacri de more legens facunda Senatus
Extulit ingenij cœleſtis acumine clarum
Mynſigerum,cui naſcenti (ſic ſcripta loquuntur)
Fecerat agniferi nomen vicinia vatis,
Extulit,& ſecreta domus regniq́; patentis
Noſſe dedit : non conſilio , non præpete lingua
Illo maior erat : vicit ſpem Cæſaris ardor
Iuſtitiæ & præclara fides in munere magno.

Iohannes Mynſingerus cum Imp. Frideric. III. Hieroſolymam profectus.

Ille Palæſtinos cum Cæſare vectus ad oras,
Bethlemæas turreis,atq; Hierichuntidis hortos
Luſtrauit,veteremq́; Tyrum Gazamq́; remotam:
Feliceſq; olim Solymos & nobile buſtum.
Vicit iter durum pietas,& opinio ſæcli
Illius,inq́; pijs perſuaſio mentibus hærens.
Sed reduci ſortis manſit tenor æquus & idem,
Emeruitq́; ſuæ precium virtutis honeſtum,
Aureolos orbes,pictæq; inſignia torquis.

Ioſephus Mynſingerus Cancellarius Caroli & Ferdinandi A.A. in ducatu VVirtenbergico.

Contigit huic patriæ laudis non degener hæres,
Iuris & eloquij celebratus laude IOSEPHVS:
Ille memor magni generis,poſt mille ruinas,
Rurſus in antiquam virtutem & iura reduxit
Stemma celebratum : quin Cancellarius oræ
VVirtenbergiacæ,Carolo ſub Cæſare,veris
Eiectis ducibus,rerum tractauit habenas.
Thure viro Tubinga lita : tibi priſtina iura
Reſtituit,cenſuſq́; nouos,Martiſq́; furore
Diſperſas olim Muſas in tuta locauit.

Liberi Ioſephi Mynſingeri.

At proles numeroſa viro : ſeptem ordine natæ,
Septem etiam nati : mentis vigor omnibus idem,
Idem erat & genius,famæq́; venuſtulus ardor.
Pars bellum voluêre ſequi,& concurrere ſignis

Aduerſis, vireſq; ſuas oſtendere in armis.
Gallica IOHANNES peragrauit regna, quietaſq;
Iohannes Mynſingerus.
Excoluit muſas. ſed vix puerile iuuentæ
Exierat tempus, Martis placuere labores
Indocili reſidere domi: nomenq; profeſſus
Cæſaris in caſtris, robuſto corpore & armis
Militiæ adduxit iuuenes, equitumq; magiſter
Et peditum cuneos & turmas rexit equeſtres.
Additus huic belli ſocius VVERNERVS eiſdem
VVernerus Mynſingerus peſte perijt, obſidione Metenſi.
Dotibus emicuit: nec belli cautius artes
Quiſquam exercebat: ſeu ducto claudere vallo
Mœnia: ſeu pugnæ faciem componere tutam
Vellet, & aduerſos acies exciret in hoſtes.
Ille Metim Imperio auulſam cum Cæſare magno
Obſedit: ſed præſidijs quia tuta ſuperbis,
Romanas aquilas atq; hoſtica Cæſaris arma
Vrbs contemnebat, dimiſſo milite cedens,
Cæpit tabifico ſenſim langueſcere morbo:
Qui moribunda diu populatus membra meatus
Tandem vitales & reſpiramina clauſit.
Aulica IOSEPHVS tractare negotia præſens,
Ioſephus Mynſinger ſecundus Norimbergæ mortuus.
Fida ducis Guelphi cuſtodia tempore lætæ
Pacis erat: ſed Landgrauio graſſante, ſuperbo
Captus ab hoſte fuit, vincliſq; coërcitus arctis
Ius libertatis precio precibuſq; redemit.
Noridos extremò Capitaneus vrbis, in illo
Subſtitit officio, præclaraq; munia geſsit.
Nec minus egregijs HIERONYMVS inclitus auſis,
Claruit armorum ſtudijs, ſub rege Philippo
Belgica rura premens: vt luxuriantia regna,
Rurſus ad officium, proiectaq; iura redirent.

Natus ad arma, dies rigidis tranſegit in armis:
Quem Mars non potuit, tandem mors atra ſubegit.

Alij duo Hieronymi, qui in infantia extincti ſunt.

Præterea geminos, quibus idem vultus, idemq;
Nomen erat, raptos lactantis ab vbere matris,
Abſtulit atra dies: quibus ô ſi fata dediſſent
Maiores in luce moras, qui carminis huius
Materiam augerent factis illuſtribus eſſent.
At vaga ſcrutatus reuolui ſydera cœli,
Fatidicaſq; ſenum voces, pater, auguror, inquit,
Auguror, & ſortes, & conſcia ſydera ſpondent

Ioachimus Mynſingerus Dentatus.

Ingenium IOACHIME tibi, gazaſq; ſuperbas,
Nominis & ſublime decus ſeroſq; nepotes:
Quid rogo naſcentis dens obſeruatus in ore?
Quid facies rutili deſignat idonea cœli?

Alluſio ad inſignia Mynſingerorum gentilitia.

Magnus eris: tu magna para, te callidus vſu
Inſtruat accipiter, quem nulla iniuria viſci
Figit humi, ſed Martis potens, metuendus & vngui,
Remigio alarum ſublustria nubila tranat.
Vidi ego, nec fallor, cunis venerabile numen
Aſſediſſe tuis: vultuſq; gementis amicè
Admotâ mulſiſſe manu. Themis aurea præſes
Iuſtitiæ cœleſtis erat, dextraq; gerebat
Cyaneo compactum hyacyntho auroq; volumen,
Annuit & riſu dilecti verba parentis
Vltima proſequitur puer, atq; iacentis in ore
Non intellectæ ſonuerunt murmura vocis.
Vix cunæ audierant totum vagire per annum,
Semina mox patriæ virtutis & indolis altæ,
Exhibet in tenero genialis gratia vultu.
Quem rapit ad frugem ſacer impetus, æſtuat annis
Viuidus à teneris, obiectaq; clauſtra reuellit

Viribus

Virtutem [illegible] & in ipſo flore laborat.
Septima præteriens [illegible] vindemia brumam
Ceſſerat: [illegible] parentis [illegible].
Mynſinger Aonidum ſedes patriæq; Lyceum
Lætus adit, ſtudiiſq; operam puerilibus addit:
Et modò Grammatices per ſepta vagatur, [illegible]
Nunc Logices campos & formoſiſſima tempe
Rhetorices luſtrat, quantumq; ſcientia creſcit,
Tantum amor exardet doctrinæ artiſq; parandæ.
Obſtupuere ſenes præſagaq; pectora fructus
Præſciuere nouos euentaq; grandia rerum.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus,
Ingeniumq; capax pueriles hauſerat artes:
Exarſere faces animi, [illegible] inquies ardor
Diuerſos luſtrare locos [illegible],
Et rerum indagare vices, orbemq; beatum
Doctrinæ omnigenæ certo cognoſcere niſu.
Excipit hoſpitio iuuenem Burgundia, & artis
DOLA potens, merceſq; ſuas, opulentaq; pandit
Atria [illegible] tum nactus idonea mentis
[illegible] genius calidaq; efferbuit æſtu.
[illegible] accenſo [illegible] ſitis ora palato,
Incaluitq; iecur tremulum: iuuat ire per altum
Aonas in montes, ſacriſq; Aganippidos vndis
Innocuas merſare manus, & tingere vultum.
Felices quibus iſta licent! ignaua ſiniſtris
Turba vacat curis, & quæ cœleſtia ſpirant
Degeneres tetigiſſe pudet: qui pectore fœto
Afflatus calidos, arcanaq; robora motus
Concipiunt, per ſumma volant, ſuperumq; fruuntur
Alloquio, vincunt animis mortalia & vmbras,

Anno ætatis ſeptimo literis [illegible] ſub [illegible] Stutgardiano.

Dola Vrb. Burgundiæ, eo miſſus eſt Mynſingerus [illegible]

Securi interitus: quia iam poſt fata ſuperſtes
Ex merito nomen, victuraq; fama reſultat.
Vt vidit teneros Iuuenis Latonius auſus
Obſtupuit, nymphaſq; vocans en floſculus, inquit,
Floſculus vmbroſæ decus admirabile ſyluæ,
Floſculus intacti decor immarceſcibilis horti:
Solſtitium flori defendite, fundite puros
In cautem latices, & noxia pellite monſtra,
Erucas, tineæq; genus, raucaſq; cicadas.
Themis. Aduolat innuptæ Themidi vigil fama, nouoſq;
Fatidici plauſus Phœbi, & noua gaudia prodit,
Multa ſuper puero referens, ſuper indole multa.
Protinus in curas venit, & noua pectore verſat
Conſilia, vt ſtudio famæ venientis Ephebus
Romuleas leges, & plebiſcita Latinæ,
Pro dulci plectro celebret, regumq; potentes
Conſilijs aulas & publica commoda [illegible]
Ingenuum Meyningerum dictis affatur ephebum.
Nate domus magna, magnos geniture nepotes,
Quid ſtruis? aut qua ſpe ſtudijs teris ocia vanis?
Nullus vt à miſeris cenſus, rerumq; poteſtas
Proueniat Muſis, languentis crimine ſecli,
Nota tibi, & fidi monuit vox crebra magiſtri:
Ergo citus diſcede retro: ſublime tribunal
Iuſtitiæq; vocant te pulpita [illegible] ſeueræ.
Si nulla extimulat tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuo moliris honore laborem:
Fortunam imperij, & temerati crimina iuris
Reſpice, cui regnorum habitus, moreſq; nouandi.
Dixerat, inq; leuem ex oculis ceſſit in vmbram.
Hic vero victus iuuenis ſe tollit ad auras,

Aſſa.

Aſtatorq; Deus, & verba precantia fundit:
Dij patrij, ſeruate Scholas, ſeruate magiſtros,
Votum hoc exiguum eſt, veſtroq; in numine gaudens
Cedo libens, nec Dura tibi parere recuſo,
Si modò, quem memoras, euentus cœpta ſequatur.
Ergo omni ſtudio Latij fundamina iuris
Aggreditur, titulosq; breues, conciſaq; verba
Excutit, inq; ſuas ſinuoſa volumina cartas
Seruata ſerit, & molis compage ſolutæ
Cogit, & in memori corpus ſibi mente figurat.
Quot titulos Codex, Digeſtaq; ſancta recenſent,
Enumerare poteſt: vt iura antiqua Nouellæ,
Pontificumq; iterum tollant Decreta Nouellas.
Quæ ſit Feudorum doctrina, quid aurea Bulla
Poſtulet, Imperij quid conſtitutio requirat,
Nil indiſcuſſum linquens veſtigat, & aptis
Vocibus, abſterſa rubigine, terſius effert.
Præcipuè aduertit, quid ſit commune, quid vſus
Approbet, inq; foro quid ſtridula roſtra ſequantur.
Talis erat legum rex nobilis Imola: talis
Bartolus, & qui ſe Caſtrenſem nomine dixit,
Egregius legum vertex & iuris aſylum:
Qui nec adhuc iuuenes, nec iam pueri, indole freti,
Dulce rudimentum primo poſuere ſub æuo.
Signa recenſuerat bis ſol ſua, tertius ibat
Annus, & aerias tranſcendere Mynſiger Alpes
Geſtijt: arriſit votis fortuna probatis,
Medoaciq; lacus, Patauinaq; mœnia ſoſpes
Ingreditur, miratus opes, præcinctaq; vallo
Mœnia turrigero: miratur ſacra Mineruæ
Atria quadrato collegia ſtantia ſaxo.

Mynſingerus [illegible] [illegible] [illegible]

Alexander ab Imola, Bartolus, Paulus Caſtrenſis.

Mynſingerus ad Academiam Patauinam [illegible]

Viglius Zuichemus iurisconsultus, Patauij [illegible] legum [illegible].

Inprimis audias ZVICHEMVS VIGLIVS [illegible]
Deponit Iuuenis quoties suggesta teneret
Ardua, & legum nodos, obſcuraq; ſenſa
Excuteret magna Iuuenum ſtipante caterua.
Quò non laudis amor penetrat? faſtigia rerum
Obtinet, æqualesq; ſuos diſcrimine longo
Anteit, & ſpacio [illegible] præcurrit aperto.

Poemata a Mysingero edita Neccaris [illegible] Francis [illegible] ad [illegible] contra Turcas [illegible] Hymni & Epigrammata.

Blanda [illegible] ſudantem [illegible] Camenæ
Sæpius inuitat, fœcundaq; carmina laſſis
Suppeditat curæ ingenijs, ſtudijq; leuamen.
Ex modo Neccarides, Veneriq; pericula Ponti,
Bellaq; [illegible], neq; opus inplacabile Martis,
Carmine deſcribit; modo ſacro percitus œſtro
Imbelles elegos Diuorum laudibus aptat:
Inq; pharetratos orditur claſſica Turcas.
Carmina nunc querulis tumulis inſcribit amicos
Nunc [illegible]
[illegible]

[illegible]

Quo bene Neccaridas & patria numina cantet
Myſingeri ô felix operum, cœpitq; laboris.
Scilicet ingenti diues CELLARIA cenſu,
Ditior forma caſtoq; ſuperba pudore
Nympha, tuos intra thalamos, preciumq; Poetæ
Dulce venit, felix operum, cœptiq; laboris
Myſingere! hanc viridi redimitus palmite frontem
Dic Niſæ, vt tecum, dulci pro carmine, vinum
Largiat, & triſtes depellat idonea curas.

[illegible] Friburgi.

Iamq; per Europæ famam collegerat vrbes
ZASIVS, eloquio & [illegible] ſucceſſura [illegible]:
[illegible]
Indicium virtutis erat [illegible]

C[illegible]-

Conferri poteris, qui non facunda decentis
Audieras commenta ſenis, ſeniliſq; repertos.
Excipit hunc auidè numerum Mynſinger [illegible]
Conſilioq; patris, monitiſq; fidelibus vſus,
Audet adire virum doctaſq; haurire loquelas
[illegible] ingenium, ſcriptiſq; [illegible]
Quærere ſtudendo: petit ergo clara FRIBVRGI
Mœnia, quæ liquidis argenteus alluit vndis
TRAESIMA, Briſgoiæ princeps: fidiſſima coniux
It comes, & faciles ad herilia iuſſa miniſtræ.
Altera tranſierat poſt primam bruma, nec vltrà
[illegible] Parcæ [illegible] lumen:
In [illegible] cunctis, [illegible] pericla
Decubuit, ſuperiſq; [illegible] animam exhalauit.
Vt fertur [illegible] ſolatur,
Agnouere viri [illegible] in vno pectore dotes
Mynſingeri, auguſtamq; fidem & pietatis amorem,
Conſtans iudicium mentis, roburq; virile,
Expertiq; doli mores, et cum peritos
Admonuit, [illegible] benignis
Mynſingerum [illegible] integer annis
Succedit, [illegible]
Ingenij cultus, rerumq; ſcientia velox
Ante pilos veniens dicendi tacendiq; donet.
    Tum vero cluit ſolito prudentia maior,
Euentuſq; ſuos voces habuere ſeniles,
Fatidiciq; patris præſagia largiter ingens
Euentus impleuit: primæ lanuginis ætas
Ante ſenectutis immenſaq; pondera ſuſtert:
[illegible] decreta [illegible]
[illegible] legum, diſcentumq; [illegible]

Mynſingerus ad [illegible] Friburgum [illegible]

[illegible]

Mynſingerus [illegible] Friburgi.

Lecta

[illegible] ſolent, inhiantq; animis frontemq; ſtupeſcunt,
Hos nitor eloquii lepidus mouet atq; facultas:
Illos forma decens, ſtirpiſq; propago vetuſtæ,
Gratior & culto veniens e corpore vultus.

[illegible]

Hei quam difficile eſt [illegible] relinquere! cum
Addictum grauibus, præclaraq; texta ſonantem,
Sollicitant [illegible] Aonides, iam tempora ſomno
Detrahit, & vacuas furatur callidus horas,
Pieriumq; [illegible] fidibuſq; Latinis
Semideos proceres & laſa [illegible],
Auſtriacoſq; Duces & [illegible].
Obſtupuere Deæ, plauſitq; binominis Iſter,
Et Lycus, & ſpumoſus Per, Gyneſiq; citatus,
Berniculq; rapax, ripæq; paluſtris Egyſſus,
Blauus, & algentes eructans Nendus arenas,
Et cum Pyrgenio Preuenus, Nobilium [illegible].

[illegible]

His [illegible] ſenatus,
[illegible] ſupremum,
[illegible] Tyrios de more colores
Succeſſit cathedræ, delataq; nomina ſumſit.
Ille dies primus famæ primuſq; bonorum
Cauſa fuit, neq; enim clauſtris metaq; tenetur,
Nec iam finitimas obſcura perambulat vrbes,
Sed ruit, & varias diſcurrit fama per oras.

[illegible]

Interea ceptum fremuit Germania bello,
In partes diuiſa duas, populiq; propinqui,
Cognatæq; acies, eliſo fœdere gentis,
In commune nefas, vel iſto maduere cruore.
Bello nulla ſalus, bello reuerentia legum
Interiit, & ſana ſtat pro ratione libido:
Vis pro lege valet, ius eſt in viribus omne.

Sed [illegible], ſæuiq; incendia belli,
Poſt aliquos tandem [illegible] orbi
CAROLVS, & veterum ad leges, [illegible]
Conuentu indicto, qua [illegible]
Vindelicis medius diſterminat Alpibus ortus
Acris Lycus, Auguſtæ prope mœnia amœnæ:
Conſilia exploſa procerum, tractataq; pridem
Aduocat in medium, plauſuq; hortatibus vrget,
Dent operam, quaſſata graui Reſpublica caſu
In melius redeat, [illegible] iura tribunal
[illegible], & dubias dirimat ſententia lites
Lance graui penſata prius, multoq; labore.
Et quamquam multi obſiſtent furialibus auſis
Iuſtitiæ [illegible], recti & rationis [illegible],
Cauſando impenſas magnas, ſumptuſq; profuſos:
Nec ſtudio egregio, nec cœptis Cæſar honeſtis
Defuit, aut rerum perculſus turbine differt.
Inſignes ſuper arte viros, legumq; tenaces,
Quos comi ſincera fides, non illita fuco,
Compoſitum ius faſq; animi, puriq; receſſus
Mentis, & incoctum laudant pectus honeſto,
Inuitat precijs, & congrua præmia ſpondet.
Ipſe inter primos florentibus integer annis
Mynſiger accitur, qui ſeruantiſſimus æqui:
Cuius in ambiguis nunquam fallentia rebus,
Sæpius externi proceres conſulta requirunt.
E latebris virtus vbi prodit, & aſpicit auras
Omnia perrumpit, ceſſataq; fœnore largo
Commoda producit, fructuq; [illegible] opimo:
Et [illegible] humani [illegible] ſe tendere greſſus,
[illegible] nitens, nec abeſſe putatur Olympus.

[illegible]

Iudicium Cameræ Imperialis reſtauratur.

Mynſingerus aſſeſſor iudicij Cameræ imperialis.

Laudat C[illegible] Comes, & cognominis ipſi
Fortis Eberſtenius, ſolertis acumen & auram
Ingenij laudat princeps [illegible], & alter
Qui ſua de forti ſumſit cognomina monte.
Spes erat in curſu longum [illegible]
Atria Mynſigeri: verùm inclementia cœli,
Sanguine corrupto [illegible] accendere febres
Succurrat, & [illegible] ſubducere vires:
Audet [illegible], relinquere terras
Dum licet, & morbi cauſas vitare [illegible].
Audijt has G V E L I V S, quo non laudatior alter
Siue fide, ſeu quis bello eſt expertus, & armis:
Qui [illegible] percepit ores,
Omnia colluſtrans, quæ bella iniuſta terris
Hactenus intulerant irritamenta malorum,
Iu[illegible] leges, [illegible]
Et [illegible]
[illegible] delectos [illegible]
Mox [illegible] ad [illegible] mœnia [illegible]
Ire iubet, iuſſis inſtructos mitibus omnes,
Donaq; ferre viro, & veniendi exponere cauſas.
Nec mora feſtinant iuſſi, ſcopuliſq; relictis
Hercynij montis, Cattorum iura ſolumq;
Francorum [illegible] Nemetesq; vetuſtos:
Quà [illegible] obliquo decurrit flumine Rhenus:
Inueniuntq; virum: poſtquàm data copia fandi
Exponunt mandata ducis: ne tempore tali
Exuat obſequium, & munus detrectet honeſtum.
Talibus attonitus [illegible], immota tenebat
Lumina, & augurium patris ſub corde premebat,
Tandem lætus [illegible] ſi tanta [illegible],

En adſum, reduxq; liber: Dij cœpta ſecundent
Nulla mora eſt: feret hæc aliquam mihi fama ſalutem.
Me per difficiles anceps fortuna labores
Iactatum, hac demum voluit conſiſtere terra.
Quicquid id eſt, mando ſuperis genioq; benigno.
Hæc effatus iter celerat, cum vere tepenti
Mulcebant Zephyri flores, gemmæq; tumebant
Palmite de grauido, turgebat in arbore ramus:
Soſpes & ingreditur regnata Ottonibus arua.
Maſcula belligeri Saxonia filia Martis,
Quis tibi tunc oculis cernenti talia ſenſus?
Quoſue dabas plauſus? cum cuncta redire videres
In melius, fœliciq; datos emergere fructus.
Qualis erat forti Neſtor longæuus Achilli,
Ilioneus Phrygio Aeneæ tibi, Diue Lothari
Irnerius: talem ſe Guelfo, aulæq; magiſtris
Mynſiger oſtendit, nec quiſquam ex agmine tanto
Ingenij faciem, linguæq; volubilis æquat.
Hic primum variata fidem fortuna fefellit:
Dum conſortem omnis curæ, caſuſq; ſolamen
Amittit, procul à patria, fidiſq; propinquis.
Ipſe tamen ſolans informes, carmine luctus,
Te dulcis coniux, te ſpes ſuauiſſima vitæ,
Te ſurgente die, te declinante canebat.
Saltem ſi qua viro de te ſuſcepta fuiſſet
Ante obitum ſoboles, ſi quis modò Mynſiger infans
Luderet ante pedes, qui frontem vtriuſq; referret;
Non equidem poſſet planè deſertus haberi.
Quid faceret? quò ſe ſpoliatus coniuge ferret?
Qua ratione ſuos regeret, quibus artibus ædes?
Signa Deus bis ſex pleno luſtrauerat orbe:

Mynſingerus fit Cancellarius Ducatus Brunſuicenſis anno 1556.

Eodem anno 29. Nouembris Mynſingeri prima vxor moritur, ſepulta Wolferbyti.

Ex

Ex quo relliquias, defletaq; coniugis oſſa
Condiderat tumulo, medij ſub fornice templi.
At Iuno miſerata virum, ſortemq; dolendam
Mynſigeri, viduo mœſtum diſcedere lecto
Admonet, obliquatq; preces operoſa benignas:
Spemq; facit dubiæ menti, ſoluítq; timorem.

Agnes ab Olderſhanſen Henrici Marſchalli Ducatus Brunſuicenſis filia, altera Mynſingeri coniux.

Ergò Saxonicæ connubia virginis ambit
Cui genus à proauis ingens, quam ſplendidus auro
Cultus, & egregiæ commendat gratia formæ.
Nec moroſa preces, & amantis mollia vota
Virgo repugnanter ſpernit, ſed pectoris æſtus
Faſſa ſui, pariles q; faces promittit amorem
Perpetuamq; fidem, fidumq; per omnia fœdus.
Haud mora: conſtituunt ſancto ſponſalia ritu:
Ducitur inq; domum vidui noua nupta mariti,
Iam deuota toro; iam iuſto nubilis æuo.
Non deerat lepido genitrix Amoris in ceſto,
Non pharetratus amor, non ingenioſa Minerua.
At chorus Illuſtri Dryadum clamore propinquos
Implebant ſiluas, fingebant carmina plectris
Lenibus Oceanides, vox collibus icta redibat:
O digno coniuncta viro! tibi lucidus æther,
Et tellus opulenta fauet, vos pura voluptas
Copulat, & placido concordia mitis amore:
Sis felix, fœcunda viro, ſis æmula vitis,
Vt natos natorum, & qui naſcentur ab illis,
Ante triumphales videas conſiſtere portas.
Participem curæ nactus ſociamq; laborum,
Munia rurſus obit, cœptiſq; ardentius inſtat
Huc illuc voluens oculos meditataq; pridem
Conſilia euulgat: nam quanquam debitus ipſi
Iuſti-

Iuſtitiæ locus, & reſpectus legum eſſet,
Quàm latè imperium ſe principis extendebat;
Emendare tamen voluit, quod, litibus ortis
Re ſuper ambigua, non appellanda patebat
Curia prætoris: nec judiciaria cauſa
Suprema adduci ritè ad ſubſellia poſſet.
Certam igitur methodum, & formam delineat aptam
Iudicij, facilemq́; viam, & compendia monſtrat
Corporis in faciem ſolidi diſperſa coarctans.
Collaudat Princeps operas, mittitq́; legendum
Ordinibus ditionis opus: tibi, FERDINANDE,
Qui ius imperij fratris ſucceſſor habebas,
Mittit idem, ſupplexq́; petit munimen ad hoſtes,
Qui iuſtum ſimulant & iuſta impunè laceſſunt.
Comprobat aſſenſu Cæſar ſancita, grauesq́;
Indicit mulctas violantibus, admonet omnes,
Vt monitis inſtent atq; inconceſſa relinquant.

Ordinatio Dicaſterij Ducatus Brunſuicenſis à Mynſingero edita.

Excipit ingenti tellus Brunonia plauſu
Principis ingentes auſus, ſanctosq́; labores
Mynſigeri crebris ſuper æthera laudibus effert.
Vos, quibus eſt ſtudium præluſtribus addere famam
Heroum meritis: quibus eſt cuſtodia laudis
Credita promeritæ, mandate ſequentibus annis,
Legibus vt ſanctis, æquo & moderamine iuſti
Maieſtate dato Reſpublica creuerit, vtq;
Diua refloruerit protrito Aſtræa tumultu.
Quàm fœcunda ſacri prouentus copia, fontis
Inſtar inexhauſti, per publica tecta, per ædes
Priuatas ierit, fructusq́; refuderit amplos.
At GVELFVS poſtquam flauentis ad Occaris amnem
Clauſerat emeritos fatorum legibus annos:

Henricus Dux Bru̅ſuicenſis & Luneburgẽſis obijt 1568.

Sceptra loci rerumq; capit moderamina princeps
IVLIVS: Eois cuius iactatur in aruis
Fama, per occiduos eadem validiſſima tractus,
Ille repurgatis indulgens otia terris,
E medio cauſas atq; irritamina cladum
Abſtulit, ille forum ſtabiliuit iure, ſenemq;
Mynſigerum precibus precioq; in munere tanto
Detinet, & titulis dignum clementer honeſtat.
Iamq; decem numerans lapſæ ſexennia vitæ
Mynſiger, imminui robur, laſſiq; vigorem
Corporis, & notas ſentit decreſcere vires.
Id metuens, ſeniiq; memor, quod funeris horam
Admonet, & flores adimit fecemq; refundit:
Nec dum etiam pietas, vitæq; cupido ſeueræ
Exciderant animo: ſedet imis ſenſibus horror
Criminis inuecti, & culpæ porrigo luendæ.
His ſuper accenſus, completis menſibus anni,
Officio decedit, & aulica munia, Diui
Principis aſſenſu, feliciter exuit, annos
Excuſans, canosq; ſuos laſſataq; membra.

Mynſingerus anno 1573. abdicat cancellariatus officiũ.

Atq; ita ſperata requie votiſq; potitus,
Exiguum conuertit iter, veloxq; propinquat
HELMSTADIO, ſuperos poſcens & numina cœli:
Vt quæcunq; ſuper vitæ ſit portio, quicquid
Spondeat æternus fati immutabilis ordo,
Lene ſit ac placidum: liceat ſubducere claſſem
Quaſſatam ventis, & apertos tangere portus
Militia tali: liceat properata iuuentæ
Auſa, leueſq; operas cognoſcere rectiùs, aptè
Pendere, & audacem placitis apponere limam.
Donec ſumma dies, quæ ſubruit omnia duris

Legibus, exactos claudat feliciter annos.
Talibus orantem dictis & ſana parantem
Audijt omnipotens, laſſataq; robora firmis
Viribus impleuit, ſanguis nouus imbuit artus,
Ingenijq; vigor ſuccreſcit, auitaq; virtus.
Ergò ſe referens ad ſancta exemplà virorum
Semideûm, leges & torta volumina iuris
Explicat, ambageſq; vagas ſine lumine certo
Excurſuſq; notat: non prudens copia rerum,
Non ordo eximius, nec abeſt facundia verbis.
Quid non ille animo, quæ non conamine tentat?
Obſeruata fori, quondam melioribus annis
Lecta diu, & ſtabilita ſatis ratione probante,
In certam ſeriem redigit, cultuq; venuſtat:
Gratum opus Aſtreæ & Themidis cultoribus, æquum
Dicere ius quibus, & trutina componere cauſas,
Mandauit ſuperi ſummus regnator Olympi.
Certantes odiis etiam, litemq; mouentes,
Arbiter accitus, monitis hortatur & vrget
Iungere amicitias, aditusq; occludere rixis:
Cuncta priùs tentanda monens, quàm credere roſtris
Atq; ex iure manu conſertum poſcere. flexit
Hac multos ratione Duces ſaluaſque relinquens
Incolumeſq; vrbes peſtes auertit iniquas.
Adde quod exſulibus fundare palatia Muſis,
Extorreſque Deas in tuta reponere ſuaſit
Guelfiadæ, famam ſpondens tituloſq; perennes.
Hoc memorat repetitq; libens Academia; clamant
Pulpita, & intento reſonant ſermone cathedræ.
Fortunate ſenex! ergo tua fama manebit:
Qui meritis vrbes, patriam qui legibus ornas

Obſeruationes Camerales repurgatæ.

Anno 1576. Academia Iulia erecta conſilio Mynſingeri.

Strenuus, elidiſq; nefas: tu lenibus auges
Conſilijs aulas, facundi è pectoris hauſtu
Irriguo: ceu dulcis aquæ vis & citus imber
Arua per & campos fertur, dulciq; vigore
Squallorem pratis remouet, vique inficit herbas.
Pro quibus vt fas eſt, tibi rerum copia & ingens
Vbertas cœlo venit. ſunt pignora quinque
Tres Natæ Natiq; duo: ceu ſydera quædam
AEtherio radiare polo ſub nocte ſilenti
Viſa procul. tribuam hoc virtuti, vt carmine noſtro
Inueniant famam cartaq; legantur eadem.

Sophia primogenita filia Ioachimi Myninſingeri nupſit Georgio à Marcholt Domino in Hattorp. an. 1580. 29. Maij.

Prima tuos thalamos meruit MARNHOLTE GEORGI:
Cui genus à proauis ingens, quem maſcula virtus,
Tam peregrè, quàm experta domi, conſpectius ornat.
Felicem tali te compare! teq; marito
Illam felicem! non vos concordia mitis:
Non vos deſtituit felix opulentia rerum:
Non thalami fructus. natos adoleſcere cernis
Ecce duos, & filiolas pubeſcere ternas.
Incipe dilectos tibi deſpondere nepotes,
AEternumq; decus generis. Quàm ſæpè petiuit
Eſſe tui ſimilis, totidemq; educere proles
Poſſe domi, HENRICVS STAMERAE gloria gentis;

Eliſabeth Hedvvigis altera filia Mynſingeri nupſit Henrico Stammero in VVedlitz anno 1582. 13 Sept.

ELISABE-HEIDVVIGIS cui conſociata puellas
Eſt enixa duas: ſuperat tantùm altera matri:
Altera ſucceſſit cœlo, formoſior illic
Peccati maculis & auita ſorde remota.
Sit tua, ceu cœpit, fœcundior aurea CROSIS,

Henricus Albertus Mynſingerus, tertia proles Myn-

HENRICE-ALBERTE, & faciat te prole parentem
Innumerâ: anniculum IOACHIMVM cernis vt ipſa

Excipiat ſoror AGNES-MARTHA: ſequantur eâdem
Mox alij, atq; aliæ: ſterilis nec defluat annus.
Sic tibi fas patrij generis ſarcire ruinas,
Ante diem moriens quas IVLIVS importauit.
Illi membra Venus formamq́; crearat; Apollo
Finxerat ingenium; mores Charis: omnia næuo
Libera laudari meruere: rigentia fata
Ah tantùm infelix potuiſſes rumpere & atram
Euitare colum! nimium Frondeccia vobis
Creſcere viſa domus ſuperi. ſi longius illi
Vitai ſpacium, nec tam immatura fuiſſent
Funera, quantus honos maioribus acceſſiſſet!
Materies faſtis quàm larga tenacibus eſſet!
Viue anima in cœlis fortunatiſſima: virtus
Hic tua floreſcit: luſus operæq́; venuſtæ,
Quæ pubeſcenti pepererunt ocia, ruptis
Compedibus, lucem poſcunt. dat frater honori
Iſta tuo: vt noctes vigilatæ oleumq́; lucernæ
Inueniant fructum. leget hæc & lecta probabit,
Quiſquis in Aonia verſatur ritè palæſtrâ,
Et iuuenum luſus non auerſatur amœnos.

ſingeri duxit Catharinā à Kroſick an. 1598. 27. Aug

Sigiſmundus Iulius poſtremus ex liberis Mynſingeri obijt anno 1597. 16. Octobr.

Nec formoſa mihi tu nympha tacebere, magni
Proles quarta patris CATHARINA, modeſtior vlla
Vix fuit, aut mores magis eſt aſſueta pudicos.
Mille procis memini te ambitam & mille negatam.
Solus erat, cui te ſeruabant fata, vetuſti
Flos generis iuuenis STEINBERGIVS. ille virentē
Vidit, & inuidit reliquis: incendiaq́; vſti
Pectoris & motos ardenti in corde tumultus
Dum tegit, ardeſcit magis: explicat ergo propinquis
Mentem animumq́; ſuum: placet omnibus vtile iunctis

Catharina quarto loco nata, filia Mynſingeri, nupſit Georgio Burchardo à Steinberg anno 1600.

Sanguine conſilium, nec dedignata fuiſti
Acceptaſſe procum, thalamoſq; intrare petentis.
Vertitur ecce annus: neç abeſt procul illa, iugauit
Quæ vos, fauſta dies: decimo te menſe peracto
Matrem AGNES-SOPHIE fecit, patremq́; maritū.
Sic decuit: ſic plenus amor: ſic mutua ſuaſit
Gratia. prolixi viſa eſt mora longior anni:
Feruidaq; euentus properauit flamma petitos.
Viuite Mynſigeri ſoboles; gratiſſima cœlo
Nomina. vos Oriens: vos audiat extima Thule.
Sint patriæ in vobis virtutis ſemina, & ingens
Accipiant aliꝭs inſerta penatibus augmen.
Vt dum latiuagum ſol circumuoluitur orbem,
Canaq; per terras diffunditur Amphitrite,
Viuat in Arctois ſanguis Frondeccius oris.
Hæc ego florentem cecini proiectus ad Elmum,
Mille inter curas & mille negocia, nuper
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine lætus.
Cum volet illa dies, quæ certo pollice ducit
Stamina, defuncti ſpacium mihi terminet æui:
Parte tamen viuam, æternoq́; adiuncta labori
Diuiniſq́; libris, quæ Mynſiger extudit auctor,
Nomina peruenient ad ſeros noſtra nepotes.

Finis panegyrici.

SIGIS-

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK ECLOGAE.

I.

IN NATALEM IOACHIMI MYNSINGERI &c. PARENTIS.

DAPHNIS.

MYCON LYCIDAS.

Mirabar, vicina, Mycon, dum luſtra pererro
Syluarum nuper, (nam caprum magna capellis
Damna futura meis, inter virgulta vagantem
Egerat ad proprias pecudes mihi Thyrſis auarus)
Ecquid Hamadryades cultæ, virideſq; Napææ
Implicitis manibus canerent: quid Oreades altæ
Ducentes feſtas per frigida prata choreas,
Quæq; repercuſſis plaudens e vallibus Echo
Supra dumoſos reſonaret iubila montes.
Quin Pana & Satyros varias inflare cicutas
Spectabam, & tenui modulari carmina cannâ,

Lætasq; aſſueto plus more ſalire capellas,
Daphnidis ecce dies aderat natalis, Iolæ
Vt referebat Acon frater mihi, lentus in antro
Dum iacet, & priſcos paſtorum cantat amores.
MY. Hoc erat hoc ipſum Lycida quod noſter Amyntas
Pridem extollebat rupe hac dum forte ſederet
Fiſcellamq; [illegible] nuda contexeret vlua.
LY. Ne pigeat, ne chare Mycon, dũ Battulus hœdos,
Et capreas rigido compellens ſtramine paſcit,
Reddere nunc feſtũ modulantis carmen Amyntæ.
Sic tibi ſint dextri formoſæ Chloridis ignes.
Sic exoptatam capias tibi Chlorida, pictas
Cui crepidas flauosq; ferunt te emiſſe cothurnos.
Hanc ego non tantis lucem mihi flagito votis,
Quantis purpureæ cupimus fore tempora Floræ.
MY. Non ego ſum modulis, nõ arte ſecundus Amyntæ
Mi Lycida: reddam tamen hic modo ſpiret Apollo.
Bruma ſed en iam nunc trepidantia protulit ora,
Marmoreoq; gelu concreta eſt terra, volatq;
Nix, mugit Boreas: iam claudit ouilia tempus
Candens & tenues balant ſub frigore capræ:
Iam tunicis opus eſt villoſis, frigore namq;
Vernis hyperboreis nec turquet in vnguibus: ito

O puer, & ſiccos in ſylua collige ramos,
Hiſce caua in quercu poterunt incendier ignes.
Jnterea paulum pecus & præſepia viſam
  Jam redeas, calor eſt poſt frigora dulcior; ito **LY.**
Battule, curre celer, ramorum afferto maniplum,
Depone, & ventos inflato caloribus aptos.
Jam redit ecce Mycon, noſtri modulamen Amyn-
Iam melius reddet, capiet cum fronte calorem, (ta
Care Mycon accede, cauum ſedeamus ad antrum
Quercus deductum iam reddito carmen Amyntæ
Jncipiam, memini nam ſingula verba canentis.
  Læta dies natalis adeſt celebranda ſodalis **MY.**
Daphnidis, optatam gaudet quam ruſtica pubes,
Paſtorum, ſyluæ, cautes, arbuſta, fluenta.
Quam gaudent pecudeſq́; capræq́; & ouilibus agni.
Vidi ego ſaltantes candenti rure Napæas,
Vidi & Hamadryades, cornutaq́; numina Faunos
Multiforas buxos, ſuauemq́; inflare monaulon:
Panaq́; cum Satyris ſaltare bicornibus, atq́;
Carmina in argutis agreſtia ludere cannis.
Quæq́; cacuminibus verſantur Oreades altis
Portabant flores huc vſq́; a vere retentos,
Flores quos tepidi peperit fœcunda Fauoni

Aura,

Auræ, quibus pariter tibi ſerta halantia Daphni
Texebant, varioq; agitabant brachia plauſu
Pulſantes canas plantis ſalientibus herbas.
Vidi ego Muſarum, Phœbo comitante cateruam
Saltare, & cantu laudes extollere vatis.
Vidi hic immites flatus ad carmina Cauros
Ponere, & Oſſæas motare cacumina quercus.
Sic Daphnin gremio fotum fortuna benigno
Extulit, en doctos præcellit carmine vates;
Carmine olorinos potis eſt præcellere cantus.
Odryſium modulis Daphnis fermè Orphea vincit,
Orphea qui traxit Syluas animoſq; ferarum,
Et cautes ſcopuloſq; adituq; carentia ſaxa,
Colliculo reſidens & deflens funera charæ
Eurydices citharæ cum fila ſonantia mouit.
Non ſic Andromeden Perſeus, nec Procrin amauit
Æolides Cephalus, non ſic Cythereis Adonin,
Nec Dido Ænean, nec amauit Myrrha parentem,
Daphnin vt Aonides ardent, & doctus Apollo.
Præſignis calamis, præſignis ſanguine auito
Daphnidis egregias virtutes claraq; facta,
Quæq; cauum paſſim cecinit diffuſa per orbem,
Paſtores norunt: qui vel didicere cicutis

Ludere, ſylueſtri vel fundere carmen auenâ:
Eius enim ſamæ vernant in flore capilli,
In ſublime tument, atq; æthra cacumina pulſant.
Nouit Danubius Daphnin Rhenuſq; canentem
Et Ligurum montes, & Gallica littora norunt:
Itala nouit eum tellus, & diues Iberus
Neptunuſq; liquens & flauicoma Amphitrite.
Ergo natalem celebrabunt Daphnidis, ipſi
Grandæuus Nereus Doriſq; & cærula Pitho,
Frænatoq; ſedens Thetis uda in piſce, puellæ
Naiadeſq; omnes euulſa corallia tophis,
Egregioq; addent gemmata monilia collo.
Ipſi flaua Ceres frugum Dea ſpicea ſerta
(Munera grata) dabit, quæ latos ſparſa per agros
Frugiferas meſſes alimentaq; pinguia reddent.
Daphnidis en omnes celebrabunt munere lucem.
Huic Deus, huic, Pylios viuat feliciter annos,
Concedat: trinæ nec rumpant fila ſorores.
Tu quoq; læticia felix imitabere Daphni
Ornari Daphnes membris digniſsime, lectos
Paſcentes inter vates lectiſsimè Daphni,
Cinge comas hederâ viridemq; innecte corymbum,
Cæſariemq; tuam ſertis halantibus orna,

Qua

Quæ tibi ſyluarum Dryades legere puellæ:
Quæ tibi Faunorum vinxerunt cura Napææ:
Quæ tibi fautrices vinxerunt ordine Muſæ.
Quæq; tibi lauru contexuit augur Apollo.
Natalem celebrato tuum, quem quiſq; colonum
Idaliâ comptus Myrto Daphneſq́; pudicæ
Ornatus folijs celebrat cantuq́; ſonoro
Spargit per duras reſonantia carmina cautes. (bit,
Dum Bacchus vites, Daphnen dum Phœbus ama-
Flaua Ceres ſegetes, nemorum Dyctinna receſſus,
Florebunt laudes, erit indelebile nomen
Daphni tuum, ſemper paſſim tua ſcripta vigebunt.
Hæc pridem Lycidæ reſonauit noſter Amyntas
Lætaq́; ſaxoſis reſpondit vallibus Echo.
Non delectantur Zephyri tam tempore Brumæ
LY. *Ore ſenes: non tam ſiccas ros humidus herbas*
Delectat, cupidas nec amara ſalicta capellas,
Quam modulis noſtri ſum delectatus Amyntæ.
Fagineas etenim ſuperant dulcedine glandes
Commixtum butyroq́; fauum, niueumq́; coloſtrũ.
Non tam Nau vbi diua Cythareide natum
MY. *Deprenſum tenuit, ſecus haud vt Polypus hoſtem*
Continet ex omni demiſſis parte flagellis,

Delectata fuit: non tam Cyllenius Argi
Victor, vbi Chiones decerpſit dona iuuentæ
Dulcia: non tam magna tulit ſub imagine tauri
Gaudia cunctitonans, cum vexit Agenore natam
Per mare ſpumoſum, ſperataq́ furta peregit,
Quam ſum lætatus lucem rediiſſe ſodalis.
Ergò quæ cecinit confirment fata benignis LY.
Auſpiciis, faciant multis celebrarier annis
Optimum ſocii natalem Daphnidis, vna
Coniuge cum chara viuat, valeatq́ per annos
Neſtoreos, ſitq́ vber ager, ſint florida prata
Daphnidi, & vberibus diſtentis lacte capellæ:
Sit nunquam ſine fruge ſolum, ſine fructibus arbos:
Et fortuna rotis cuncta ipſi voluat amicis.
Sic erit: arrident en ſyluæ, arbuſta, fluenta: MY.
Et molles, ſuaueſq́ halant Zephyritides auræ.
Phœbus at emeritis iam ſoluens lora caballis
Fontanos ſuadet pecudi præbere liquores.

II.

IN OBITVM JOACHIMI ERNESTI PRINCIPIS ANHALTINI.

SARNIS.
CORYDON.

Defunctum Sarnin Corydon, vbi roſcida lymphis
Albis prata ſecat flauus, tactiſq́; lapillis
Voluitur, & tacita currens admurmurat aura,
Deflebat, querulo ſingultuſq́; ore ciebat.
Dicite Pierides, iuuenem vos dicite queſtus;
Dicite, nam duræ mœrebant culmina rupes,
Albis & in medio ſiſtebat flumina curſu:
Cantabat, vacuæ referebant carmina valles.
  Sol, qui ſigna regis duodena volubilis anni,
Pallentem roſea perfundens lampade terras,
Occule luciferum caput, occule Phœbe: nigreſcant
Omnia, dum queror herois properata potentis
Funera, qui moriens morientia cuncta reliquit.
  Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Gloria paſtorumq́; fuit ruriſq́; voluptas

Sarnis oues rectè pauit, timuere doloſi
Hunc fures, timuere lupi, timuere leones:
Ah dolor, ante diem, paſtorum gloria obiuit.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Sarni, decus ruris, ſub te reuerentia iuſti
Floruit, ah, tu vernus eras, [illegible] in omnes,
Et pax auratus volitabat gemmea pennis.
Qualibet in pratis tali paſtore fouente
Laſciuiebat ouis, capreæq́;, & ouilibus agni,
Et diſtent [illegible]; diſtenta quoq́; vbera vaccis
Lacte fuere: [illegible] tua funera, Sarni,
Marceſcunt ouibus, marceſcunt vbera vaccis.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine merſis
Demſerat, [illegible] tangebant nulla capellæ
Pabula, non vllo latices nec amne bibebant,
Siccaq́; mæſtarum lambebant vbera matrum
Agni, & complebant balatu rura tenello.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Hic aderas; aderant ſimul & nemoralia Fauni
Numina, ſemideæ Dryades, & Oreades altæ.
Hinc abes; hinc abſunt ſimul & nemoralia Fauni
Numina, ſemideæ Dryades, & Oreades altæ.

Inq́;

Inq́; antris lugent tua triſtia funera, Sarni:
Formoſi hìc tecum montes, vaga flumina, ſyluæ;
Te ſine deformes montes, vaga flumina, ſyluæ.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Ah dolor, ah lacrymæ, ſine te mihi nulla ſalicto
Fiſcina texta fuit, nec lacte impleta recenti,
Non me mulctra iuuant ſine te, non vbera matrū
Ducentes vituli, cupido non bucula amanti,
Quæ admugit, ſine te mihi mella ſalicta videntur:
Ah miſero, mihi nec fontes, nec vina bibenti
Iam ſapiunt, eheu, ſine te mihi nigra videntur
Lilia, nec laurus, nec myrtus ſpirat odores;
Sed cum viuebas, mihi erant nec lilia nigra,
Tum nec aceſcebant mihi fontes, vinaq́; laurus
Tum mihi Corycios, myrtuſq́; halabat odores.
Ah dolor, ah moriens morientem, Sarni, relinquis,
Tempore te medio rapuit mors, maxime Sarni.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Sarnidis immites filum rupiſſe ſorores.
Pœnituit, rurſumq́; colos, & ſtamina retrò
Cœpère, & verſos rurſum in contraria fuſos
Voluerunt, reuocent quò vitæ ad munera Sarni.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.

Tanto mæſta Ceres fuit haud affecta dolore,
Cum nigris aduectus equis Rex vrbis opacæ
Perſephonen rapuit natã, atq; Acheronta petiuit:
Non ſic Threicius gemina nece coniugis Orpheus
Eurydices doluit; non ſic Babylonia Thiſbe,
Dilecti, triſtata fuit, cum vidit amantis
Membra (eheu) tremebunda ſolum pulſare cruentum,
Sarnidis vt letho triſtantur cuncta peremti.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Coniugis amplexus caræ iam, Sarni, lacertis
Magne iaces, dira rapuit mors improba dextra.
Te reuocat deſertus ager, deſertaq́; prata,
Deſertiq́; greges, & oues, hœdiq́; relicti.
Te reuocant paſtores, deſertiq́; bubulci,
Te quoq; luctiſonæ reuocant, at inaniter, auræ.
Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Lugent iam Dryades mœſtæ, triſteſq́; Napææ,
Syluanuſq́; pater luget, Satyriq́; bicornes,
Flebile ſylueſtri modulantes carmen auena:
Qualibet, ah, triſtis iam luget Oreas, & omnis
Nympharum pictos abiecit turba cothurnos
Naiadum, & pullis mutantes veſtibus albas
Sparſerunt apio tumulum, & viridante cypero.

Pallas, Pegasidesq́ dolent, & doctus APOLLO,
Vranie flores, comitata sororibus [illegible]
Portauit, casias, immortalemq́ amarantum,
Cumq́ rosis violas, & odoriferum serpyllum,
Et flores, Hyacinthe, tuos: quibus ipsa sepulcrum
Sparsit, & hæc verba [illegible] ad funera [illegible]
Vos dormite [illegible] feliciter, atq́ iacete
Molliter, in tumulo surgant violæ, casiæq́,
Purpureæq́ rosæ, surgatq́ comans Narcissus,
Quiq́ solent nasci sub verno tempore flores.
Incipe cygneos mea fistula fingere cantus.
Ah querulæ lugent Sarum, planguntq́ volucres,
In [illegible] mœstæ resident, [illegible] querelas,
Hunc lugent segetes, hunc prata, & flumina lugent,
Hunc lugent mœstæ lacrymoso murmure syluæ,
Amnicolæ lugent salices, hunc Chaonis arbor,
Hunc coryli, enodisq́ abies, hunc fagus, & ilex,
Heliadumq́ nemus lugent, humilesq́ myricæ,
Atq́ virens buxus, myrtusq́, & Delphica laurus,
Tristia & inter se cunctæ suspiria iungunt.
Incipe cygneos mea fistula fingere cantus.
Flete pium Sarum, pastores flebile carmen
Pangite, & [illegible], madefactaq́ terra [illegible]

Concipiunt [illegible] fletumq; [illegible],
Flere pium Sarnin colles quoq; Sarnin & amnes
Cum gemitu efferant, Sarnin resonantq; cauernæ,
Et fontes, collesq;, sonent quoq; murmura Sarnin.
  Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Hæc moriens, oculis ſub nocte natantibus atra,
Qui circumſtabant ceruicis, eſt vltima fatus:
Coniunx cara vale, nati, nataq; valete,
Cuſtodes ouium, fidiq; valete bubulci.
Mox lethalis hyems paulatim in corpore ſerpſit,
Vitaleiſq; vias & reſpiramine clauſit.
  Incipe cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
O Sarnin lugete viri, lugete coloni,
Lanigeræ pecudis paſtores, ſpargite flores
In tumulum, tabula tumuloq; inſcribite verſus:
Hic Sarnin iacet in ſylua celeberrimus omni
Qui fuit, atq; ſuo paſtor bene fidus ouili.
  Deſine cygnæos mea fiſtula fingere cantus.
Dum puer hæc cecinit, lacrymarū flumine vultum
Humectans largo, latuit Melibœus in antro
Vicino, tenui fiſcellam vimine texens,
Excipienſq; omnes incidit cortice verſus,
Creſce arbor, dixit, puliosa & loculis aptus

Semper

Semper habe fœtus, prægnantes cortice ſemper
Creſcitis verſus: ſuſpirans corde viator,
Cum vos creſcentes cernet, mirabitur olim,
Dicens: felices inciſi creſcite verſus,
Creſcite, & in veſtri laudes ſuperate Poetæ.

III.

CHLORIS.

CORYDON, DAMON, MENALCAS.

IAm Pyrois tenebras rediens ſtellaſq́; fugârat
Hinnitu, & croceos ſuccincta Auroræ capillos
Cœperat auratis fulgens aſcendere mannis.
Cum ſolus Corydon pecudes ad paſcua nota
Cogens, aſſuetâ ſtratus recubabat in vmbrâ
Triſte gemens, lachrymiſq́; ſuum deflebat amorem,
Rupibus & fidis reſonans hæc carmina ſyluis.
COR. *Aura decus nemorum medio mihi lenis in æſtu,*
Quæ poſt immenſos recreas, releuaſq́; labores,
Te voco, Nymfa faue, quæ me reficiſq́; foueſq́;:
Quæ facis vt ſyluas & amem loca denſa latebris.
Grata es paſtori, fuſcæ gelidumq́; leuamen

Dyctynnæ, [illegible] fugiunt cum Pana Napeæ.
Blanda quies, mihi Diua faue, rogo, defer ad aures
Chlorida, vt noſtros tantum ſciat illa calores:
Et varias, ſolitus quas ſum iactare, querelas.
Hanc miſer, ah, noſtris nuper Labeonis in ædes,
(Cum ſocijs caris conuiuia læta pararet
Tres & oues, tres & vitulos mactaſſet & hædum
Inſignem, tres & cycneâ à matre capellas)
Conſpexi: primum placuit mihi forma videnti
Virginis, vt vidi, vt perii, mihi flamma medullas
Fluxilis inuaſit, ſenſimq́; aſſumere vires
Cœpit, & (heu) tacite ſubter præcordia creuit.
Haud ſecus, in ſtipulas quando ſcintillula molles
Parua volat, vires paulatim aſſumit, & ignis
Inde ſit attollens ſeſe, populatur agellos,
Diuitiaſq́; vorat Cereris, ſummumq́; cacumen
Exuperat nemorum: ſic me nouus ignis adußit:
Omnes abſumpſit vires mihi: ſuſtulit omnem
Paſcentis curam pecoris: non fiſtula: non me
Vmbra iuuat viridis: non nobile murmur aquaï.
Collibus his Lycidas, & Batti frater Iolas
Vtriculos cubito preſſant, inflantq́;, ſtudentq́;
Agreſtem digitis variantibus edere cantum:

Per[illegible] c[illegible] Phyllida [illegible],
J[illegible] Muſam Damonis & Alpheſibœi.
Solus ego miſerus ſyluas atq; antra querelis
Impleui, & indomitus ſemper calor oſſibus hæret.
Chlorida continuo mihi ſylua ſonare videtur.
O pecudes, ô Panes & ô gratiſſima Tempe,
Fontis Hamadriadum, ſemper mea cura fuiſtis.
Nunc tantum, mea Chlori, tuum cecinisse dolenti
Nomen per ſyluas per florida rura placebit,
Splendida dum facies tua noſtris deerit ocellis.
O quoties noſtro creuerunt flumina fletu!
O quoties noſtro viruerunt gramina fletu!
O quoties noſtro [illegible] æſtu!
Et tamen (heu) ſaxi nullum ſolamen amoris
Sentio, non unquam [illegible] extinguitur ignis,
Sæpius, ah, mea Chlori tibi de lacte repleui
Vrceolum: dum [illegible], lac induruit illud.
Sæpius, ah, mea Chlori tibi ſ[illegible] hædos,
Creuerunt hædi ſimul & creuere calores.
Flumina ſunt teſtes, gelidiq; in vallibus umbræ:
Teſtes inciſæ ſint quercus, poſcua, rupes:
Et [illegible] canis reſpondens ſylua querelis:
Optaui quoties miſer iam Parcaſq; rogaui

Auferre

[illegible]ferebant animum & tantos finire dolores.
Sic querulã Dryades querulam voluere Napæas,
Atq; suum nomen toties totiesq; vocantem.
Cærulea pecudes dum paſcet in æquore Proteus
[illegible] Pales dum paſcet [illegible]
Cynthiaq; [illegible] venabitur agres ſylvis: [illegible]
Fiſtula noſtra tuas laudes, nec tacita, ſonabit,
O tu, ô ſi tantum ſentires Nympha dolorem:
[illegible] tamen [illegible] in imo
Pectore [illegible] mille pericla [illegible]
Per centum Scyllas [illegible] per mille Charybdes
Tranarem: tibi ſi portare levamina poſſem.
Nullam invenio opem ſed tu mihi Chlori tuliſti.
Quid dico [illegible] culpa calores
Forſan [illegible]
Vrimur, [illegible]
Surculus ut trunco peregrinus ex arbore ſciſſo
Inſeritur [illegible] ſtipite, [illegible]
Naturam propriam naturæ ſtipitis: imo
Sic dominæ ſplendens cordi ſe immerſit imago.
Ite procul medicæ, non ſum ſanabilis, artes:
Hippocrates licet huc veniat, celebriſque Machaon
Vel redeat Chiron [illegible] Coronide natus.

Æſcu-

Æſculapi, minimum tamen hic medicamen amoris
Noſtri erit: ah, non curat amor, ſed deſpuit artem
Pæoniam: ite procul cantus magicíq́ ſuſurri,
Qui phlegetontæis manes reuocatis ab undis.
Non hic ſufficiunt artes, pluuiæq́ vel imbres:
Non quas Oſſa tulit, quaſue altus Pelion herbæ
Proſunt: non Rhodani, non aurea flumina Rheni:
Totius & mundi ſi flumina confundantur:
Noſtri animi nequeunt ſæuas extinguere flammas.
Certè ego iam dudum conſumptus amore iacerem,
Nî dubius caræ quondam medicamen amicæ
Sperarem optatumq́ diem, quo pectoris ignes
Cara tibi & magnos aperirem Chlori dolores.
Hæc cecinit, lachrymisq́ fluentibus humectauit
Ora miſer Corydon, nomenq́ inſculpſit amicæ
Corticibus quercus: mox inclamauit amatam
Chloridem, cui querulis reſpondit vocibus Echo.
Circum paſcentes pecudes turmaq́ Laconum
Cantantem mirantur herum, canibuſq́ per ora
Uda fluunt lachrymæ, ſimul & ſuſpiria iungunt.
Et ſingultantis domini miſerantur amorem.
Interea pueri Damon, fuſcuſq́ Menalcas,
Vicino inertes paſcentes rupe capellas,

Languidoſq́; greges, conſueuerant frigus in umbra
Carpere, & arboribus ſub ſpiſsis iungere cantus
Fiſtula erant ambo celebres, & verſibus ambo:
Denſis ubi latebris poſtquam Corydona canentem
Audiuere, ſuos reuocant ſub pectore amores:
Tandemq́; alternis inter ſe verſibus edunt.
Incipit hæc Damon, ſequitur ſic deinde Menalcas.

Nymfæ quæ virides latebras nemorumq́; receſſus **DA.**
Diligitis Dryades, mihi fas ſit flore corollam
Texere, & obſtricta mea cingere tempora myrto
Dum cano, dum virides ſaltant ad verba Napææ.

Naiades Nymfæ, quæ cærula flumina, nec non **ME.**
Muſcoſos colitis fontes, mihi munera veſtris
Afferte è calathis, duram placare Lycorin
Queis potero, noſtris date vel medicamina flammis.

Paſtorum gregibus timor eſt lupus: ignis ariſtis: **DA.**
Turba viatori timor eſt ſcelerata latronum:
Et ferula pueris, pulcris Fauniq́; Napæis:
Ædibus at pluuiæ fractis. mihi Lychnidis ira.

Eſt ros in viridi pecori acceptiſsimus herbâ. **ME.**
Umbra viatori: fugientibus aura Napæis
Pana ſeni requies, & Hymettia mella palato:
Gnoſia vina gulæ; mihi ſed tua labra Lycori.

DA. *Jungere labra iuvat [illegible]*
D[illegible] fer am mihi [illegible] fistula [illegible]
Quam mihi adhuc puero [illegible]
Et dixit, Dominum te nunc habet ista [illegible]
ME. *Mi patrius est, [illegible]*
Estq; Myconis opus, quod margine [illegible] olim
Tityrus effecit resonare Amaryllida [illegible]
Hanc tibi [illegible] venias mea [illegible] (lescit:
DA. *Me [illegible] Lychnis am[illegible]*
Me mea Lychnis amat: sed plus mea Lychn[illegible]
Siq; meos iungas, & [illegible] Lychnidis ignes, (bur
Certè hæc Trinacrios superaret flamma caminos.
ME. *Meq; Ly[illegible]*
Cauta Ly[illegible] munera, [illegible]
Oscula [illegible] furtiva Lycoris: (cam.
Sed grato [illegible] deflecto munere mentem.
DA. *Fel[illegible] gratæ servus benè servit amicæ:*
Gra[illegible] Lychni[illegible] Damon[illegible]
Disced[illegible], disceden̄s flevit & ille: (tum:
J[illegible] & parili dulcissim[illegible] fletu.
ME. *Est nuper nostros ignes [illegible] Lycoris*
[illegible]
Arbore[illegible]

Melle-

[illegible]
Lychni tibi viridi [illegible] **DA.**
[illegible]
Stramineo [illegible]
T[illegible]
Servo tibi binas [illegible] pelle Lycori **ME.**
Capras & [illegible]
Lass[illegible], & [illegible] tergora [illegible]
Jam [illegible]
O [illegible] Lychni, [illegible] **DA.**
Judice te [illegible]
Vincere conarer, te iudice, Lychni, canendo **ME.**
Conarer doctis, audax certare Menalcis.
Vidit me, dum fraga lego, dilecta Lycoris **ME.**
[illegible]
Figo, oculis [illegible] papillas
Accessit, [illegible] lubens [illegible]
Me [illegible] ad fontem nuper mea vita [illegible] **DA.**
Et [illegible]
Miscebat molles violas & lilia [illegible],
Adm[illegible] in umbris.
Dum [illegible] in fonte [illegible] **ME.**
[illegible]

Calce[illegible] abripui, furtim ſimul oſcula ſumſi.
Obſtrepuit, niueoſq; abſcondidit ocyus artus.
DA. Quantum nectareo cedunt vagæ flumina ſucco,
Cupreſſo quantum tilia lauroué myrice,
Calthaue Narciſſo: quantum paliurus amomo:
Tantum formoſæ cedunt tibi, Lychni, puellæ.
ME. Præcellit quantum ſenior Melibæus Amyntam
Cantando puerum: quantum te Marſya pelle
Orbatum [illegible] ſuper auit fiſtula Phœbi:
Tantum præcellit Nymphas, mea vita, Lycoris.
DA. Antè igitur lepores capient paruo ore moloſſi:
Diripientq; lupos agni; vituli antè leones:
[illegible] & Phocas, [illegible] rapientq; columbæ:
Quam tu de noſtris emigres Lychni medullis.
ME. Ergo aër auibus, mare nauibus antè carebit:
Hybla apibus, cœlum ſtellis, & flumina piſce:
Ante carebit aquis Nilus; ante ignibus Æthna:
Quam mea de noſtra labetur mente Lycoris.
DA. Veſper adeſt, ſummis decedunt montibus vmbræ.
O pueri, pecudes compellite, non benè furi
Creditur atq; lupo; paſtas ad mulctra capellas
Ducite, & aurora ſurgente, reuiſite ſyluas.
ME. Jam gregibus pueri cythiſi conferte maniplos:

Coge Lacon pecudes, & oues compelle [illegible]
Ruffi mater abeſt, [illegible] Lycisca
Latratuq́ voca, en inter virgulta [illegible].
Hęc poſtquam alternis cecinerunt verſibus ambo
Iuére hirſuti Melibœi in tecta, moretum
Condere qui docuit, docuitq́, pyra & boletum
Miſcere, & molli colocaſia iungere anetho:
Addere tum piper, hæc butyroq́ aſſare [illegible]

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

LVSVS PASTORALES

[illegible]

CORYDON

Ad fratrem germanum HENRICVM ALBERTVM MYNSINGERVM &c quem ficto nomine Lycidam venatorem hinc inde appellat.

PAN pater Arcadicis toties celebrate colonis,
Muſcida Parrhaſiæ qui colis antra domus:

Mu-

Mænalusq; ſonum [illegible] Lyæi:
Cantauit laudes ſi lyra [illegible] tuas:
Numine ſi primis colui tua ſedulus annis,
Deq; grege ſiq; aris annua ſacra dedi.
Et tu magna Pales, cui paſtoralia curæ:
Vſq; [illegible] ſi [illegible] ſeb[illegible] [illegible]:
Vſq; [illegible], ſi liba ſaliſq;
[illegible] ſanctis extaq; [illegible] ſalo:
Si tibi fiſcellas milio vir[illegible] [illegible],
Lacteq; cum preſſo [illegible] dedi.
Vos precor, amborum ſupplex quod numen adoro,
Vos pecoris ducibus conſulite [illegible]:
Deſit noxa ouibus, vitet [illegible] nouas:
In ſtabulis [illegible] ſuis.
Non clam, dum [illegible] lumina ſomnus,
De [illegible] fur trahat vllus opes.
Vos [illegible] canes, latrantia ſepes
[illegible] confirment, fur capiatq; fugam.
[illegible], pecudes [illegible] pabula carpant:
[illegible] trahunt tumidos [illegible] per arua pedes.
Vos rogo cuſtodite gregem, ne ſanguine ouium
[illegible] lupus

Sed latebras tuto nemoroſa perauia luſtrent:
  Sed capiant lætas, tuta per arua dapes.
Sint procul à gregibus quæcunq; nocentia: morbis
  Expulſis valeat cum grege turba canum.
Nec minuantur oues paſcentes rure, ſit aucta
  Cum redeo ad ſepes turbà videnda mihi.
Vbera ſint ouibus, ſint & diſtenta capellis
  Lacte, vdas reddant vix agitata manus.
Laſciuus viuatq́; aries, viuat caper, agna
  Multa ſit in ſtabulis, multa capella meis.
Lanaq́; goſsipio ſuccreſcat mollior, album
  Ne coma Nymfarum lædat adacta femur.
Hæc facitote precor, tunc mellea liba quotannis
  Apponam, plenis & noua muſta cadis.
VER redit, & Zephyri Borean hyememq́; fugârunt,
  Ipſa redit pictis candida Flora rotis.
Quælibet aſſuetas connectit amantibus vmbras
  Arbor, & innumerâ ſpiſſa ſuperbit aue.
Læta ſuſurrat apis, ſoluunt ſua guttura ranæ
  Luxuriant pecudes, cum mare quæq; coit.
Exultant Nymphæ, Satyrorum læta iuuentus
  Luſtra quibus caruit, floridaq́; antra petit.

Tempus adeſt, glaciem toties & frigora paſſos
Ad virides ſaltus duc, Amarylli, greges.
En pepulit Damon niueas ad prata capellas:
En Zephyri reducis conſcius egit oues.
Audiui dudum dulcem Damonis auenam:
Audiui ad liquidas luſit vt Alcon aquas.
Crinitus pecudes ad paſcua duxit Amyntas:
Eius & eſt noſtra fiſtula iuncta lyra.
Ipſe ego dum modulor, virides dum luſtro latebras,
Cum grege vbi maneas miror, adeſq; cano.
Blanda veni, veniens memet comitabere ſyluis:
Et miſti capient pabula læta greges.
Siue ego oues paſcam, niueas Amarylli capellas,
Si lubet, in viridi paſcere monte potes.
Ipſe canam, veniaſq; ſtatim, ſi noſtra ſonabit
Fiſtula, ſed moneo, ne mihi labra neges.
Et volucres cantant, Veneris quoq; gaudia carpūt:
Accipit hirſutum læta capella marem.
Villoſaq; aries de coniuge gaudia captat:
Cum vaccis peragunt & ſua furta boues
Fronde ſub arbutea Lygdam modulatur Iolas.
Damon huc venias, candida Phylli, canit;

Et canibus Lycidas cinctus venator amicis
Retia dum tendit, cantat, Hyella veni.
Lygda venit Iolæ, recubat cum Phyllide Damon:
Accedit Lycidam forſan Hyella ſuum.
At ſimilem Fauno me iudico, nam cano fruſtra:
Incaſſum & Fauni fiſtula tacta ſonat. (tem,
Hunc fugiunt Nymfæ, ſpernitq́; Amarillis aman-
Mollia huic olim corda det alma Venus.

Iam tonat, innumeris velatur nubibus æther,
Faucibus & fuſcas euomit Auſter aquas.
Et gemit omnis auis, pecudes per paſcua balant,
Humida cœleſti vellera rore madent.
Fallor, an hoc ſæua ſit imago Amaryllidis iræ?
Nec fallor, dominæ ſæuus ocellus adeſt.
Quid facis ô Amarylli? meos contemnis amores?
Te Lyra, te pecudes ad Corydona vocant.
An ſpernis Corydona? ſuis quam Syluia in vlnis
Complexa eſt toties, blandaq́; labra dedit?
Syluia quæ volucres vincit dulcedine vocis:
Quotq́; Deas nemorum denſa latebra tegit.
Et mihi Lygda olim, dum per querceta vagabar,
Sæpius à collo molle pependit onus.

Sæpe ſub umbroſâ quercu conſedimus, amnis
Quà prope muſcoſis vuidus ibat aquis.
Ipſe lyram tetigi, modulanti ſuauia iunxit,
Floſculus & dixit, tu mihi ſemper eris.
Tot petiêre meos vultus Amarylli puellæ,
Eſt data tot vultu dira repulſa meo.
Me petiit Lycidam fratremq́; Nigella, capellas
Dum paui miſit, munera ſpreta mihi.
Munera mi miſit, Lycidæ quoq; munera mittit,
Perluſtrat multo dum iuga ſumme canę.
At quoties noſtrum petiit laſciua Nigella
Amplexum, eſt lacrymans ire coacta domum.
Quem cupiant multæ ſpernis tu ſola? ferocem
Depone, ah, animum, mollia corda capę.
O Amarylli amens, qualem fera ſpernis amantem
Neſcis, ſed quondam pœnituiſſe poteſt.

DVM miſerata meos veniſti Amarylli calores,
Dum mihi das labris labra tegenda meis,
Pulcrior es, multò formoſius emicat aër:
Cedunt cæruleo nubila ſpiſſa polo.
Humidus Auſter aquis (iubet id Venus ipſa) recedit,
Lucet & auratis mitis Apollo rotis.

Gramine plus ſolito ſtat terra induta, volucres
Effundunt vario dulcius ore melos.
En tibi quiſq; canis caudâ blanditur & ore:
En ſaliunt pecudes, vir ſalit ipſe gregis:
Et Dryades gaudent: intonſo in monte Napææ
Exultant: Zephyrus fronde reuinctus adeſt.
Pictaq; Flora venit ſuauem comitata maritum,
En tibi vult mollem flore replere ſinum.
Flora ades, atq; ſinus ornato Amaryllidis, ipſe
Dum texet ſertum ſuauia rapta feram.
BATTVLE præmoneo, quot habes ſeruato capellas:
Noſtrum concutiat ne tua terga pedū.
Ne diſpergantur videas, compelle vagantes:
Ne quaſdam ad proprias Thyrſis auarus agat.
Quin & oues commendo tibi, tu prouide, cura,
Nulla ſit vt ſæuis grata rapina lupis,
Ipſe (ſenex centum oua feret dum Damon in vrbē)
Vnà caſeolos velleraq; alba veham.
Dic quid ab vrbe tibi referam formoſa Amaryllis
Num tibi cæruleam vis, viridemúe colum?
Cingula ſiue cupis flauis fulgentia bullis?
Purpureis ſimiles calceoloſué roſis?

Dic mea quid cupias, quæ vis tibi Blandula tradã,
Quamuis grex geminâ ſit cariturus oue.
Nuper (vt oua tuli vendenda) ex vrbe ferebam,
Luteolam Zonam purpureamq́; colum.
Donaturus eram tibi, verum Amarylli verebar
Reiiceres faciê ne mea dona truci.
Obuius hæc nobis veniens prædixit Amyntas,
Et data pro donis reddidit æra mihi.
Cum Zona accipienſq́; colum, ſint munera noſtra
Munera quæ porto Lychnis habebit, ait.
At meliora tibi rediens, mea vita, daturus
Munera ſum: fruſtra nec peragetur iter.
Sciſne locum denſas vbi flectit populus vmbras,
Quam vaga lucenti præterit vnda pede?
Huc ſola aduenias, adero quoq; ſolus in vmbra:
Tunc tibi pro labris munera picta dabo.
Teq́; reuertentem (ſcio) quæret nata Lyconis
Dona tibi quiſnam hæc, dic Amarylli, ferat?
Aſt accepta nega de me, dic callida: mater
Æs dedit, Alconis natus ab vrbe tulit.

Amplector quoties te Syluia Alexidos, illic,
Qui cubat, ah, toties ſum memor ipſe mei.

Hic primò flammis mihi ſaucia corda refecit,
Prima mihi de te nuncia grata tulit.
Ne ſparſum violis tumulum mirare viator,
Neue quod inciſis ſplendeat ille notis.
Fidus erat nobis ſemper comes, ibat Alexis:
Iuſſa dabam ad caros huic referenda lares.
Suetus erat, viridi quoties mea Syluia mecum
Sub corylo iacuit, paſcere monte pecus.
Quin, quamuis nondum ſeptẽ geminauerat annos,
Paſtorum natos vincere doctus erat.
Seu certare lyrâ, ſeu ſint concurrere ſueti
Ad metam, ligulas ſæpius ille tulit.
Parcarum inuidia raptus iacet ille, iacentem
Et pecudes flêrunt, & pia turba canes:
Ipſe ego flens luxi: lachrymarum flumine largo
Perfudit roſeas Syluia mœſta genas.
Panes & Satyri calamis ſparsêre querelas
Et Nymfę lachrymis permaduêre piis.
Siſte viator iter, ſi te quoq; fata puelli
Tangunt, dic lacrymans: fide puelle vale.

ET vetuli ſplendent Mœris in ædibus ignes:
Nec non plus ſolito fumida tecta crepant.

Exornatæ micant, veſtitaq́; fronde ſalignâ
Pendet ad ornatas multa corona fores.
Rure Theon dixit nobis, conuiuia Mæon
Quod paret, & natam Phyllida ducat Acon.
Diues Acon pecoris, quẽ centũ armenta Cheruſci,
Mille capræ in ſyluis, mille ſequuntur oues.
Addidit, agnatos quod ad illa vocauerit omnes
Gaudia, cumq́; ouium ſit capra caſa patre,
Ebria dumq́; choros celebrabit ruſtica pubes,
Ipſa canet Mopſi fiſtula nota ſenis.
Rettulit illa Theon: ſed ego quaſi gaudia nupta
Aſpiciens cautus limina feſta petam.
Huc precor annosâ venias cum matre Lycinna,
Et Leucas præſens [illegible] erit.
Fortè petet M[illegible], quô gaudia carpent
Vnà, fores & nos ipſe rogabit Acon.
Obſequar oranti, ſcamnoq́; ſedebimus vno,
Leucade cum ſocia, ſi licet ipſe canam.
Fabellas ſiue alternas referemus, & inter
Narrandum haud facilis tu mihi labra dabis.
Verum te ſimulans maledices oſcula danti,
Amplexus quod ames, ne videare meos.

DVM patulus radiis ſolaribus æſtuat aër:
Vndiq; dum pullis florea rura ſonant.
Dumq́; pecus virgulta legit, dum ruminat herbas:
Hircus cumq́; ſua coniuge ludit amans:
Sub corylo ſedi Lygdæ circumdatus vlnis,
Eq́; labris cupidus ſuauia mille tuli.
Vidit nos Thyrſis (quis eum, quis adeſſe putaſſet?)
Dum de vicino pelleret amne pecus.
Plura videns ambos, quæ non facta, addidit, inde,
Pertulit ad Cephylæ non referenda lares.
Nec contentus eo, virides petit inſuper vmbras,
In quibus & Damon nataq́; Lychnis erant.
Multaq́; mentitus narrat, vidiſſe iacentes
Nos, & me tunicis inſeruiſſe manum.
Quæq́; vltrà memorare pudet: quid perfide Thyrſi?
Quid tibi cum domina, me iacuiſſe nocet?
Inuide quid ſpargis ſcelerato gutture? neſcis,
Quot tulerit pœnas, peßime lingua loquax?
Garrula nî coruo nocuiſſet lingua loquaci,
Quâ modo nigra volat, candida pluma foret.
In Lariſſæâ peccaſſe Coronide fertur,
Nam tulit ad Clarium furta retecta Deum.

Iſchidis intumuit Deus vt violata videbat
Iura tori, telo Phlegiadenq́ necat.
Sed poſt pœnituit facti coruumq́ loquacem
Puniit, albenti membraq́ nigra dedit.
Garrula ſic Battum, periuraq́ lingua peremit,
Cum falſo ablatos prodidit ore boues.
Alipes haud tulit hoc Deus, & mox percitus irâ
Fecit periuri ſaxea membra ſenis.
Et Lara ſuccubuit pœna malè prouida: linguam
Æternùm propter, iam quoq́ muta ſilet.
Iuturnam tantum fuit illa hortata ſororem:
A Ioue ne lictis ſupprimeretur aquis. (ſi,
Pœna tamē decuit Nympham, Ioue vindice; Thyr-
Te, precor, vt pariter puniat alma Venus.
Lingua loquax ſileat ſemper, nec guttur amantes
Coniunctos vnquam prodere turpe queat.
Vtq́ tuæ pecudes ſint certa rapina luporum,
Et furum, precibus ſollicitabo Palem.

PRÆMONEO, mea ne ſpatiare per arua Ly-
Sola, nec albentes floribus adde manus. (cinna
Ipſe ego, neſcio quid, dum non comitata vagaris,
Formido, auratis cum ſpatiare comis,

Ah vereor, dum ſerta ligas, dum florida luſtras
Paſcua; dum miſces lilia cana roſis:
Ne te aliquis cernens Deus actus amore vagantē
Auferat, & cupidus ad ſuâ furta trahat.
Neuè ſalax Satyrus, forſan dum gramine dormis
Te premat, hirſuto lædat & ore genas.
Tum parere voles monitis, nî Fata vetarent,
Effundes oculis flumen inane tuis.
Tunc fidum toties toties Corydona vocabis,
Fruſtra erit & niueas expoſuiſſe manus.
Nil ego proficerem, quanquam tè ſoluere vellem:
Nam contra audaces quis capit arma Deos?
Sic picta, vt varios legit per gramina flores,
Europe niueo per mare vecta boue eſt.
Illam floriferis vidit dum Iuppiter aruis,
Vritur, & cœlo mox taciturnus abit.
Aſsimulatq; bouem ſinuoſis cornibus, albâ
Pelle, minis tauri ſed tamen ora carent.
Callidus armentis ſe miſcet Agenoris, vnà
Cum reliquis raptas & capit ore dapes.
Accedit turbam flores per rura legentem,
Et videt ignotum regia virgo bouem.

Vt vidit placuit Nymphæ color albus amanti:
  Auſa ſed haud primò cominus ire fuit.
Pacificum vt vultum manſuetaq́ lumina ſentit
  Stat propius, niuea palpat eumq́ manu.
Bos patitur, digitos lambit quoq; virginis: illa
  Floribus huic lectis cornua curua tegit.
Iamq́ parat niueo frondentia vincula collo:
  Tergora iam digito mulcet amica leui.
Blanditur Nymfæ Deus expectatq́ ſalutem,
  Inq́ bouem verſus, vix ſua furta tegit.
Oſcula (taurino capiat licet ore) papillis
  Figit, & in tacito pectore flamma calet.
Et modo manſuetum corpus per gramina ſternit:
  Cornua nunc præbet flore tegenda nouò.
Nunc propius propiuſq́ petit caua littora, ſenſim
  Raptorem ſequitur neſcia virgo ſuum.
Conſedit tergo bouis, ah incauta puella,
  Ah raperis, fictum ne, mea, ſcande bouem.
Ipſe petit ſenſim littus, iamq́ vngula vix vix
  Facta erat vda refert murmure, victor ero.
Mox vada cæca ſecat lætus, celeriq́ meatu
  Phœnicum linquit poſt ſua terga ſolum.

Hæc pauitat velut agna ſolet ſub dente lupino:
  Dextra tenet cornu, terga ſiniſtra premit.
Reſpicit ah lacrymans arcem patriamq́; relictam,
  Virgineoq́; recens terror in ore ſedet.
Jam vocat orba piam matrem, ſociaſq́; relictas;
  Quid prodeſt? prædam Iuppiter ire vetat.
Littore quin Tyriæ clamant vno ore puellæ
  Nymfa redi: vanus clamor at ille fuit.
Sic incauta roſam cœleſti fraude Calyſto,
  Perdidit, hanc verſus Iuppiter ipſe tulit.
Aſpiciens Nymfam vagitantem fronde ſub altâ
  Incaluit, ſæuas cor rapuitq́; faces.
Venatrix erat illa, comes, mileſq́; Dianæ,
  Audaces iaculo figere ſueta feras.
Delius altus erat, mediaſq́; peregerat horas,
  Cum virgo ad fontem feſſa labore venit.
Exuit hic pharetram, culmen quoq; graminis arcũ
  Accipit, aſt auras allicit illa manu.
Jamq́; ſuam lymphis faciem tinctura, Dianæ
  Sub forma æthereum cernit adire Iouem.
At putat eſſe Deam: ſalue mea, Iuppiter inquit,
  Fida comes, noſtri miles amata chori.

Queis venata iugis rediiſti feſſa? Calyſto
Audit, ſeq́; leuans margine fontis ait.
O mea lux ſalue, ſalue mihi numen amantum
Præfero te, (quamuis audiat ipſe) Ioui.
Riſit virgineis iungens ſua labra labellis:
Oſculaq́; haud caſta à virgine danda dedit.
Tum narrare parat, quæ ſit venata latebris
Virgo, at propoſitum non Iouis iſtud erat.
Crimine ſe prodit tentatq́; ignota puellam:
Hæc pugnat, flammis vim parat ille tumens.
Num Diis difficile eſt teneram ſuperaſſe puellam?
Illa caret culpâ, victor at aſtra petit.
Carpſit & Inachidis florem, Deus ille iuuentæ
Virgo fugam tentat, profuit illa parum.
Liquerat ah fugiens iam florida paſcua Lernæ,
Dyrcea arboreis aruaq́; plena comis.
Tunc Deus induxit nebulas, tenuitq́; puellam
Eq́; ſinu raptor dona cupita tulit.
Sic ab Auernali Proſerpina rapta Tonante eſt,
Fecit id alati miſſa ſagitta Dei.
Trinacria vt virgo male cauta per arua vagatur,
Lilia dum carpit, & metit vngue roſas.

Dumq́; ſtudet ſociis æqualia munera Nymfis
Colligere, & vario flore replere ſinum:
Vidit eam Pluto, (fuſco qui vectus ab Orco
Viribus anguipedis dum tremit æthra fuit)
Vidit & hæſit amans, flores rapienſq́; legentem
Impoſuit fuſcis pondera grata rotis.
Obſtupuit virgo, terrorq́; per oſſa cucurrit
Collectæ tunicis & cecidere roſæ.
Iamq́; viam nigris rapit ad ſua tartara mannis
Pluto, ſed genitrix optima clamat, vbi es.
Mater vbi es clamat toties: agit eſſeda raptor;
Et feſtinantes acriter vrget equos.
Obſtiterat Cyane Diti, ſed percitus ille
Quæritat arcanas per freta cæca vias.
Et compreſſiſſet Daphnen Peneïda Phœbus,
Dixiſſet natæ ni pater, arbor eris.
Caſibus his fidus, moneo, moueare Lycinna,
Rura, latebroſos & fuge ſola locos.
Et ripas vita precor, ah procul effuge ripas.
Qualibet immanes nam tegit vnda deos.
Hic virides quatiunt barbas rorantiaq́; ora,
Et ſterili iunco tempora cincta madent.

Si Nymfam aſpiciunt ſpatiantem littore, ſæui
Arripiunt, miſeramq́ ad ſua tecta trahunt.
Vimq́ parant: Canis ſic vim rectoris aquarum.
In ſolo ſpacians littore paſſa fuit,
Illam odiſſe ferunt thalamos, ſpreuiſſe procorum
Sæpe preces, multis nam fuit acta procis.
Caſtaq́ virginitas foret illibata pudorq́,
Manſiſſet, tumidas nì propè adiſſet aquas.
Ille locus damni. Ripis abſcedite Nymfæ:
Hoc littus flores virginitatis habet.
Sic Perimelen amans, captuſq́ cupidine Nymfam
Preßiſti in ripis trux Acheloë tuis.
Accipe & hunc caſum, mea lux, tibi (crede) capilli
Vertice conſurgent, ſi benè notus erit. (mis
Nymfa (tibi referam) fuit vna in Achaïde, mam-
Candida, & auratis vix ſuperanda comis.
Vincebat formâ reliquas: Arhetuſa vocata eſt,
Ipſe in candidulâ fronte reſedit amor.
Hæc venatrici ſueta eſt comes ire Dianæ:
Et varias telo præcipitare feras.
Seu ſaltus virides légit, ſeu nexa tetendit
Retia, virgineâ prima cohorte fuit.

Stymphalis venata iugis hæc laſſa reuertens
Ardet aquas, cœlo nam grauis æſtus erat.
Acceſſitq; labor Phœbo, duplicauit & æſtum,
Quem nemoroſa vagans per iuga paſſa fuit.
Riuus erat ſacer & purus, qui vortice nullo
Currebat gliſcens, murmura nulla dabat.
Lenè ſuſurrabat: picto quoq; calculus omnis
Luminibus fundo conſpiciendus erat.
Ad ripam ſalicesq; dabant & populus vmbras,
Limpidus hanc claris nutriit amnis aquis.
Huc veniens virgo pictos exuta cothurnos
Primo candidulos tinxit in amne pedes.
Et placuit, niueumq; genu perfrigerat, inde
Exuitur, veſtes cana ſalicta tenent.
Mergitur illa vadis, trahit & ferit illa, natanſq;
Excuſſa ingratis brachia iactat aquis.
Dumq; ita mille modis artus perfundit eburnos
Lymphis, neſcio quod murmur ab amne volat.
Hæc pauefacta pedes ripâ vix ponit in altâ,
Exutas veſtes altera ripa tenet.
Proſilit Alphæus viridantia tempora ſiccans,
Mulceturq; vda lurida barba manu.

Nymfa mane, rauco vix dixerat ore, puella
Aufugit, ille ſequens clamat, Achai mane.
Quo properas, meus ardor? ades: tegumenta relin-
Illa fugit ripis, clamitat amnis, ades. (quis
Illa fugit, ſequeris fugientem Alphae, putaſq;
Nuda quod ad Veneris ſit magis apta iocos.
Vt fera damna videns fugit ora cauenta Laconis:
Vtq; feram cupido flagitat ore canis:
Sic currit virgo, ſperans ſic ille ſecutus
Deprenſæ e molli gaudia grata ſinu. (Elim,
Iam curſu Orchomenon ſuperant, Erimanthon &
Pſophida, Cyllenem Menalioſq; ſinus.
Et licet illa ſatis velox, labor attamen (impar
Viribus huic cum ſit) non tolerandus erat.
Sudoris pretium hic ſperauit, at illa cucurrit,
Iam ſua damna videns, per iuga, ſaxa, nemus.
Solares radii fugientia terga premebant,
Et longa vrgentis anteit vmbra viri.
Iamq; audit, ſtrepituſq; pedum, flatuſq; ſequentis
Crine capit, clamat iam rapienda Deam:
Suppetias Diana tua fer mitis alumna:
Iam rapiar, noſtras iam metet ille roſas.

Affer opem, ſi grata fui tibi Diua, pharetram
Si tibi ſeruaui, ſi tua tela tuli.
Annuit & ſubitò nebuloſam ex æthere nubem
Miſit, & ex oculis effugit illa viri.
Ardens per nebulas Alphæus Achaida quærit,
At pauitans vllum non dedit illa ſonum:
Damna timebat enim. clamans Arethuſa prehendit
Nubem, nec cupidos amouet ille pedes.
Frigidus obſedit Nymfam tremor, atq; pauentis
Corpore de toto cærula gutta cadit.
Quaq; mouet greſſus fluitat liquor, ora fluebant
Totaq; mutata eſt, fons Arethuſa manet.
Hiis monitis parere velis, mea vita, comesq;
Noſtra eris, arboreis nos teget vmbra comis.
Ad fontis latices mecum ſecura ſedebis:
Nos ſuper arboribus multa ſonabit auis.
Hic ego dum modulor, vagitant dum rure capellæ,
Texetur manibus fiſcina picta tuis.
Hanc iterum atq; iterum preſſo tibi lacte replebo:
Præmia tu nobis mollia labra dabis.
Aſpicies choreas ducentes rure Napæas:
Aſpicies Dryades hircipedesq; deos.

Ipſe ego dum Nymfas (facientq; lubenter) ab antris,
Vt tibi portetur picta corolla, petam.
Implebunt variiſq; ſinum tibi floribus vltrò:
Et calathos plenos quæq; Napæa feret.
Hæc facito, mea lux, ſic nulla pericla timebis:
Sic potes amplexu viuere tuta meo.
Hanc quercum vitate greges, vitate capellæ:
Nec læde inciſas inſcia turba notas.
Paſtores cohibete greges, cohibete capellas:
Nominibus ſemper floreat illa ſuis.

„ *Hanc olim Niſæ Lycidas venator amanti*
Conſtituit, cortex plurima ſigna tegit.
„ *Sæpe ſub hâc Lycidam conſueta eſt viſere Niſa:*
Sæpe ſub hac punctis ſedit vterq; labris.
„ *Paſtores Lycidam ſæpè audiuêre canentem,*
Vocibus & Niſam rettulit aura ſuis.
„ *Nunc canibus quoties ipſum per luſtra vagari*
Sylua conſpicio, ſemper Hyella ſonat.
„ *O quoties Echo dilectæ nomen Hyellæ*
Valle repercuſsâ dum canit ille, iacit.
„ *O quoties reſonant ſyluoſa per auia fontes,*
Et iuga muſcoſis antraq; tecta comis.

Plus ſolito lætum video, dum cantat Hyellam »
Tradetur Lycidæ forſitan illa ſuo.
Turba canum ſolito plus nunc ornata ſuperbit, »
Nec cute veſtitus torquis, vt ante, boum eſt.
Quilibet at notulis demonſtrat nomen Hyellæ: »
Plurimaq́ argento ſplendida bulla micat.
Ipſe colore ſuæ ſyluas modo veſtis adæquat, »
Pileolo in viridi florida ſerta nitent.
Quodq́ canes norunt, cornu lunare calentis »
Auratis lucet cordis imaginibus.
Flamma extincta iacet Niſæ, ſed quercus amorem »
Vult Lycidas, olim quô caluêre notet.
Hanc olim Nymfis Damœtas texuit vmbram,
Dum gaudet niueos paſcere valle greges.
Hic & cotidie Nymfarum candida turba
Conuenit, hæc Nymfis vmbra dicata viret.
Hic olim Faunum toties illuſit amantem
Lacteolis mammis conſpicienda Napeæ.
Vidit eam Faunus, choreas ductura per herbas
Dum prodit Nymfis concomitata ſuis.
Vidit & incaluit, flammaq́ hæſere medullis,
Effudit triſtem fiſtula tacta ſonum.

Huc ades, ô formoſa Nape, mea mellea clamat,
Amplexus fugias ne truculenta meos.
Ipſe ego, quem ſummi venerantur templa Lycæi,
Pan Deus Arcadiæ te voco, Nymfa veni.
Illa, quaſi annueret, nutu inuitauit amantem:
Et ſiſtit greſſus ſubdola Nymfa ſuos.
Incomitata manens animum ſuſpendit amantũ:
Sperans huc auidos fert citus ille pedes.
Acceditq́; ardens iamiam arrepturus amicam
Extendit cupidas ad ſua furta manus.
Antra petit Nymfa, hanc occultauêre ſorores,
Pa[illegible] Deæ rident, & ſtrepit aura ſonis.
Sic petiiſſe Napen Faunus perhibetur amatam
Sæpius illuſos ſed retuliſſe pedes.
Hac quondã aſpexit Damætas vmbraq́; texta eſt,
Et poſita in medio fiſcina picta loco.
Hanc procul hinc quercum ſtatuit Nymfiſq́; dica-
Inſculptæ reſtant corticibuſq́; notæ. (uit,
Et calida humectat ſitientia guttura tellus:
Et recipit gratas aridus hortus aquas:
Fontanis capiunt volucres ſolamina lymphis:
Dum ſitiunt, auras dum grauis æſtus agit.

Vnda fatigatos reficit leporeſq́ feraſq́,
Venator canibus, quas comitatus agit.
Amnis oues recreat, repetunt quoq; nota capellæ
Flumina, nutrices vir gregis haurit aquas.
Cuncta ſitim ſedant, ſitiunt at ſemper amantes,
Ardores animi flumina nulla leuant.

Limpiduli fontes, & opacæ in vallibus vmbræ
Et tu deliciis conſcia ripa meis:
Argento rutiloq; magis ſplendeſcitis auro
Gazis es regum carior vmbra mihi.
Hic primum nobis ſunt præmia parta caloris:
Suauiola hic cantans Syluia prima dedit.
Dii vos conſeruent, tuto pede currite fontes,
Nec pellucentes vngula turbet aquas.
Ripa virens niteat, virides creſcatis & vmbræ:
Nulla petat veſtras dente capella comas.
Vos habitent Nymfæ, choreas per gramina plaudat:
Vos Pan Mænaliis plus amet ipſe iugis.

PHÆBE pater, radiis dum paſcua læta peruris
Et ſiccam ſæuis æſtibus angis humum,
Parce precor, dum iam viridante laborat in horto
Æſtus ne capiat noſtra Lycinna graues.

Fuſcentur nimio neu lactea membra calore;
Parce, decet teneras mitior aura manus.
Sic tibi crinitis ſtatuam ſub frondibus aram:
Imbuet & ſanctos caſa capella focos.

» *QVÆ monumenta videt fago hac pendere viator,*
Conſtituit Lycidas Cynthia Diua tibi.
» *Et caput hoc apri hirſutum, ramoſaq; cerui*
Cornua perpetuò vult tibi ſacra coli.
» *Tu Dea, dum ſyluas venans ſcrutaris, alumno*
Ad tenſa errantes retia pelle feras:
» *Et fac, ſi forſan te viderit, amne lauantem,*
Ne velut Actæon inſcius intereat.

DVM placido perfuſa iaces Amarylli ſopore,
Qualibet & denſum per nemus errat ouis.
En tibi ſerta tuli, niueas tibi flore papillas
Ornaui, & mollem fronde virente ſinum.
Quin formâ captus furtim tua ſuauia ſumſi,
E roſeis carpens roſcida mella labris.
Te poſt oppreſſam ſomno, mea vita, reliqui:
Sed precor, vt vigilans des quoq; labra mihi.

MIROR cur laſciua petas mea labra Nigella:
Cum data ſit toties dira repulſa tibi.

Quis dic, quis tecum cupiat recubare ſub vmbra,
Quam petulans promptã [illegible] calorem habet?
Ruſtica te pubes tota & vicinia nouit:
Vmbras paſtorum ſordida ſponte petis.
Nonne ego te vidi denſa ſub vepre latere
Dum vagus errantẽ per iuga quæro caprum?
Nonne ego te vidi cum Thyrſide peſsima? nonne
Te ſua laſciuus duxit in antra Mycon?
Per Venerem iuro noſtræq; Amaryllidis ignes
Quod nunquam noſtro proxima eris lateri.

PASCVA quid demens Amarylli arẽtia luſtras,
Dum medius ſiccos Cynthius vrit agros.
In ſudore mades, paulum decede calori,
Ad vallem niueos prouida pelle greges.
Hic tiliæ nobis iucunda vmbracula præſtant:
Hic volitat grato dulcior aura flabris.
Antraq; ſunt Dryadum natiuo muſcida topho:
E quibus algenti proſilit vnda pede.
Sunt cantuſq; auium, fontiſq; ſonabile murmur:
Huc eſt ſueta ſuas ducere Phyllis oues.
Tu quoq; nil remorata veni formoſa Amarylli:
Ardet grex vmbras & pater ipſe gregis.

A Phœbi radiis tuti recubabimus ambo:
Iungetur voci fiſtula noſtra tuæ.
Ipſe ego Damonem numeris te iudice vincam:
Carminibus cedes & Melibœe meis.
Intonſus mecum pridem certabat Iolas:
Certabat, ſed te iudice victor eram.
Victor oues binas ducebam præmia laudis:
Nuper & Alconis pocula bina tuli.
Si formoſa Amarylli aderis, mea tibia vincet:
Si minus ignauis garriet illa ſonis.

HVNC caprum, quoties ſolus virgulta pererrat,
Aſpicit ex horto pulchra Lycinna ſuo.
Allicit hunc ſertis atq; herbis & fronde ſaligna:
Et pictum vario cornua flore tegit.
Quin mollem barbã & viridanti gramine ſcirpat:
Hic mutit, niueas lambit & ore manus.
Sæpe exopto, noſtram dum viſis amicam
Pellibus incluſus ſim caper ipſe tuis.

FONTANAS hodiè ꝙ mecũ Amaryllis ad vn-
Sedit, nec calamos ſpreuit amica meos. (das
Hac Cytherea tibi ſtatuo tria cymbia mellis:
Et ſi cras veniet lacte repleta dabo.

Fiſcinaq́; addetur niueo repleta liguſtro,
  Binaq́; purpureâ cymbia plena ſapa.

AVRA ſuſurranti quæ luſtras æthera curru,
  Defeſſus flatu das requiemq́; tuo.
Quod quercu pendet cornu tibi dedicat alta
  Venator Lycidas, dum iuga ſumma legit.
Et feſſo mittas gratiſſima flabra precatur,
  Dum ſtudet audaces exagitare feras.
Sic tibi ſic preſſos calathos violiſq́; roſiſq́;
  Ponet, odorati rubraq́; fila croci.

En Amarylli tibi maculatis pellibus agnos
  Do geminos, pro queis oſcula redde mihi.
Hos villoſi parens viridi eſt enixa ſub antro,
  Vndiq́; dum campis rauca cicada ſonat.
Iuueni admirans pictos per tergora næuos
  Matri balantes ſurripuiq́; duos.
Hoſq́; lauans fontis muſcoſo in margine, dixi
  Hoc dono facilis pulchra Amaryllis erit.

SIC vobis pecudes, Pan dulcia pabula donet,
  Hybernaſq́; æquent vellera veſtra niues.
Dicite cur melius ſapit hic, cur dulcius amnis?
  Fontanus petitur, nec (velut ante) liquor?

An quia candentes Amaryllis margine palmas
    An quia lacteolos lauit in amne pedes.
Huc Amarylli veni, pecudes hæc flumina quærunt:
    Flumina lanigeris hæc tua membra beant.
His te cotidie tinges formosa libensq;:
    Hauriet Hylleas grex sitibundus aquas.

SIT tenebris vesper felici gratus amanti:
    Crudelis nimium hæc scilicet hora mihi est.
Condit anhelantes cum Thetys æquore mannos,
    Solis, & ad sepes cogere mandat oues.
Ruris delicias Amaryllida linquere cogor,
    Cumq; ouibus fusca tristis adesse casa.
Linquo te mea lux, remanet [illegible] mea tecum:
    Obstruit vultus nox mihi fusca tuos.
Amplexus fingo, fingo quoq; basia, fontem
    Ad nitidum medio quæ mihi sole dabas.
Multoties tenebris maledico rogoq; parentem
    Memnonis, vt roseo prouehat ore diem.
Cum repetit lucem cristatus vocibus ales:
    Annectit croceis cum iuga Phœbus equis.
Vdaq; lucidulæ splendent per gramina guttæ:
    Iamq; canens nido prosilit omnis auis.

Ruris delitias Amaryllida [illegible]:
    [illegible] cum pauco paſcere longo grege.
Quas mihi nox curas tulerit, quis ſomnia narro,
    Narrantem roſeis ſanat amica labris.
Quin noua ſerta fero, Nympha hæc [illegible]
    Arripe, ſunt lacrymis hæc madefacta meis.
DVM tua poſſideo, formoſa Amarylli, labella,
    Mellicreatrices queis ſuperantur aues:
Amplius haud cura cibus eſt, nec dulce coloſtrum:
    Nec repleta ſapit [illegible] lacte mihi.
Labra cibus mihi ſunt, queis valde pectore in imo
    Recreor, & lingua cœlica mella fero.
Labra roſas, denteſq; niues ebora albaq; vincunt:
    Ex oculis triplex fulget & ore charis.
Nunc formoſa meis tandem requieſcis in vlnis,
    Iam fere quinto menſe petita mihi.
Inſtitimus toties precibus, toties tibi verba
    Blanda tulit Mopſi cana mariti ſenis.
Verba tulit toties, ſed (vah) paſſura repulſam:
    Tu licet alma ſatis, mater amara fuit.
Hæc Stygium nobis virus fuit, error & horror:
    [illegible] & (heu) vehemens cordis amarities.

O quo-

O quoties cecini in ſyluis Amaryllida, matre
Dum paſcis niueos concomitante greges.
Vicina quamuis modulabar rupe, carere
Cogebar labris matre vetante tuis.
Sæpius optaui, vetulæ quò vellera matri
Dent Dii, ſitq́; auidis præda futura lupis.
O quoties Amarylli, tuam mihi fonte figuram
Finxi, & amans lymphis baſia mille dedi:
O quoties lachrymis modulos dum miſceo fuſis
Excidit è manibus fiſtula laſſa meis.
Cortice non paucæ retegunt Amaryllida quercus:
Multa tegit ferro nomina ſculpta ſalix.
Cur, mea lux, diua, cur furta pudica parenti
Narraſti? torua haud mens tibi nota fuit?
Obſtitit illa ſatis: ſed vana obſtacla fuêre:
Omnia qui ſuperat, hæc quoq; rupit amor.
Vicit amor: vici poſt tot tantoſq́; dolores,
Sunt tua iam tandem parta labella mihi.
Quod ſudore venit quæſitum, carius auro eſt:
Carior & gazis tu mihi, blanda venis.
Amplius haud obſtat genitrix: neq; perturbabit
(Inuideat quamuis) gaudia noſtra Mycon.

Rumpatur licet inuidia, tamen abditus umbra
E roſeo duxi ſæpius ore fauum.
Nunc mihi nunc Amarylli licet per paſcua tecum
Vna lanigerum paſcere valle pecus.
Si lubet & tempus ſinit, vno in colle ſedemus
Iungitur & noſtræ vox tua ſæpe lyræ:
Aſpicimus Dryadum choreas læta agmina picto
Flore coronatis concelebrare comis.
Aſpicimus buxo Panes Satyroſq́; canentes
Multa quibus modulans guttura iungit auis.
Sitq́; tibi quamuis non ſemper copia noſtri:
Diſcernat noſtras & via longa caſas.
Congredimur tamen interdum, diis dantibus, illo
Tendimus, & gratas grex meus haurit aquas.
Sic Amarylli tuis circumdata colla lacertis
Sæpè fuêre, labris labraq́; iuncta meis.
Sic colluſtrantes ſub opacâ ſedimus ambo
Arbore, paſcentes miſcuimuſq́; greges.
Baſiola vda tibi iunxi, niueiſq́; papillis
Hærentis clauſit lumina ſæpe ſopor.
Tunc vidi (tulerant ſic ſomnia noſtra) Priapum
Aurea poma meis addere bina labris.

Dum ſomno excutior mulſiſſi lumina palma:
Aſpexi mammas (lactea poma) tuas.
Baſia dum flagrans iunxi his, oblitus in baſi
Ducere villoſum ruris ad arua gregem.
En mea lux Amarylli, loquax hæc gaudia vulgus
Inuidet ambobus: ſpernit at illud amor.
Plebs ait: En ardet Corydon Amaryllidis paſtor.
Sæpe canunt vnâ luxuriantq́ casâ.
Sæpe vno miſtas paſcunt in monte capellas:
Eq́ vno gregibus ducitur amne liquor.
Vana puellarum rident nos agmina, ridet
Syluia delitijs inuidioſa tuis.
Hanc odio tam habeo & planè mihi ſordet, amores
Illam et enim noſtros impediiſſe iuuat.
Rumpitur inuidia fermè teq́ optima damnat,
Dum putat amplexu me recubare tuo.
Rideat, inuideat, quiſquis volet: vnica nobis
Attamen e multis cara Amaryllis erit.
Tu nihilipendis, mea lux, vaga murmura vulgi:
Eſt Corydon ſolus portus & aura tibi.
Quis rogo tam fidam nollet redamare? leone
Ni foret aut auido ſæuior ille lupo.

Fida Amarylli mihi [illegible] experieris amantem
Fallere [illegible] precium cogar amare tamen.
Nec falles, mens nota mihi eſt, mea vita, viciſsim
(Quã dudũ experta es) mens mea nota tibi eſt.
En amo te ſolam, dilecta è millibus vna es,
Sæpius amplexus quæ cupiere meos.
At precium non vile feres, Amaryllida paſtor
Dicetur vacua non tetigiſſe manu.
Sed quidnam veneranda Venus & ſancte cupido
De grege erit veſtris victima grata foci?
Eligite, en vobis pono hîc tria munera rupe,
Cum caprâ hœdillum, lanigerumq́; marem.
Sint modo grata peto: noſtraq́; fauete puellæ:
Annuite & flammis numina dextra meis.

ALMA Venus cupidos vinclis quæ nectis aman-
Ponimus hanc vitem ruſtica turba tibi. (tes,
Voce & concordi tua numina ſacra precamur,
Paſtorum tangunt ſi tua templa preces:
Venator pulcræ Lycidas ſocietur Hyella,
Et fiant (ſi ſic fata tulere) pares.
Vitis vt hæc patulam ramis complectitur vlmum
Haud ſecus amborum conſocietur amor.

„ Sic tibi frondoſis aram ſtatuimus in umbris
Victima cum fido compare turtur erit.
„ Ipſe tibi Lycidas myrtum violaſq́; quotannis
Ponet, Adonais & noua ſerta comis.

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

AMORVM LIBER VNVS.

AD DELIAM DE VERE.

VER halat, Zephyri redeunt, roſæ capit odores
Spargere, purpureos & reſerare ſinus.
Graminibus rident iam prata recentibus, arbos
Frondibus indutis luxuriatq́; comis.
Et nemora & valles florent, colleſq́; vireſcunt,
Augentur foliis florida rura nouis.
Iam ſuccincta comas gaudet noua tempora pinus,
Pinus quæ Phrygium cortice clauſit Atyn.

Chloris odorifero viridi veſte æthera curru
Tranat, & halanti gramine pingit humum.
Quàq; ruit varios fundit per prata colores:
Sparguntur violæ corytiumq́; crocum.
Lilia ſparguntur cana, & chariophilus albâ
Veſte nitens, niueæ purpureæq́; roſæ.
Narciſſusq́; comans fontis deceptus amore:
Nobilibus creſcis flos hyacynthe comis.
Auricoma ſurgit Veneri ploratus Adonis:
Pictaq́; flammeolo caltha colore viret.
Mille ſeges florum ſurgit, leuis aura Fauoni
Quos fouet, & greſſu Chloris odorifero.
Annuit æthereis Europæ vector ad oris,
Ruraq́; cœleſti florea ſparſit aquâ.
Arbor quæq; comas niueâ velata virentes
Veſte ſibi pictas conciliauit aues.
Iamq́; ſub vmbroſis requieſcunt agmina ramis,
Ac iterant paruo gutture dulce melos.
Mille genus volucrum canit, & læta auia complent
Aſpera, at Halcyone littore mœſta dolet.
Mœſta dolet Ceyca gemens, Ceyca requirens,
Et corpus querulo coniugis ore vocat.

Inter aues Tereï [illegible] tyranni
In fontem pellex Attica deflet Ityn.
Luxuriant ſaliuncæ, ſera per deuia luſtra,
Quas tegit explicitæ arboris vmbra comæ.
Iam venatoris fallaci agitatus ab arte
Flumineas ceruus quærit anhelus aquas.
Florea apes volitant leni per prata ſuſurro,
Et ponunt cellis cerea mella cauis.
Coniungunt blandæ Veneri ſua roſtra volucres:
Rana loquax [illegible] coaxat aquis.
Spumigeræ pecudes vitreis ſaliuntq́ ſub vndis:
Quin & Arionius delphin ad aſtra ſalit.
Iam Venus [illegible] circum veſtita pyropo,
(Cui roſea ornat ſplendida gemma comas)
Aurato curru niueis ſecat æthera cycnis:
Et iacit in iuuenes flammea tela puer.
Iam dumoſis nemorum latebris Dictynna quieſcens
Membra ſuperfuſis lactea tingit aquis.
Auritos lepores ſocius comitatus puellis
Dum fugat, & capreas præcipitanter agit.
Carmina iam Satyri faciles per frondea cantant
Rura [illegible] ſaltat [illegible] Dryas.

Saltat Oreas ouans, Faunorum cura Napææ
  Necnon lacticolæ florida ſerta nouant.
Hæc legit Idalios flores: hæc candida carpit
  Lilia: purpureas colligit illa roſas.
Hæc violas nectit, hæc iungit ſerpylla liguſtris:
  Illa ſed hyblæum ſubſecat vngue thymum.
Innumeros carpunt flores, non parcitur vllis:
  Qualibet & ſertum gaudet habere nouum.
Hoc quoq; fluminea lætantur tempore Nymphæ
  Naiades in vitreis luxuriantq; vadis.
Iam ſaltat Orythia, & arundine cincta capillos
  Laodice, & mammis candida Cymothoë.
Blanda charis Paphio quæ quondam ſaucia telo
  Cærula formoſum per vada traxit Hylan.
Lætatur, vitreis argentea [illegible] ſub antris
  Nunc mouet, herboſo nunc ea ſternit humo.
Lætantur Nymphæ, pictos induta cothurnos
  Hæc ſalit, hæc comulas pectit, at illa natat.
Ludit in herboſis puerorum cœtus agellis:
  Aſſiduiſq; terunt tempora læta iocis.
Hic virides nemorum latebras perluſtrat anhelus:
  Hic nidos auium quærit, at ille canit.

Hic

Hic lætus calamo puerilia garrit, et ille
  Saltat, arenoſis ſe lauat alter aquis.
Lucidus Auroræ cum nuncius æquore ſurgit
  Hinnituq; Æthon ſydera clara fugat.
Paſtor agit clauſis ſtabulis ad paſcua tauros
  In rura & teneras roſcida ducit oues.
Arte moloſſus cum præſtans comitatur, ut hoſtem
  Tentantem pellat prælia dira lupum.
Circum laſciuæ ludunt per prata capellæ:
  Herbas hæc virides ruminat, illa ſalit
Pars in virgultis nemorumq; receſſibus errat
  Pars clamat, repetens quæ dedit voce ſonat.
Pars viridi procumbit agro, nec cornibus acres
  Stant, & cum tauro prælia taurus init.
Dux gregis intereà viridante in rupe quieſcens
  Audit plumoſos zinzitulare greges.
Nunc ſuaues carpit ſomnos, nunc fuſus in herba
  Fundit ſylueſtres per caua ſaxa modos.
Dumq; canit reſonant valles, reſonantq; ſuſurro
  Murmura muſcoſæ prætereuntis aquæ.
Paupere contentus victu eſt, carnemq; ſuillam
  Adiungens Cereris munera grata capit.

Deli-

Deinde legens [illegible] [illegible] ſegmina collo
Scribit, moroſam pellere [illegible] ſitim.
Cum vero Herculea procedit veſper ab Oeta:
Compulſo ſtabulum cum grege feſſus init.
Et poſtquam pecudū preſſit grauida vbera palmis
Mandat ſtramineo languida membra toro.
At neq; rura placent ſine te mihi, ſyluaq; ſordet
Delia ſpes vitæ delitiumq; mea.
Non mihi muſcoſis rorantia fontibus antra
Te ſine, nec Satyrum carmina læta placent:
Mi tua forma placet, capit hæc me Delia, amantem,
Purpureas ſuperant dulcia labra roſas.
Quàm molles digiti tibi ſunt, mammæq; rotundæ?
Quàm tenerum, veſtis quod tegit apta, femur?
Sunt ſcintillantes tibi ſyderis inſtar ocelli,
Collaq; Rypheis candidiora iugis.
Mollior es Cygni plumis & dulcior vua:
Flauentes vincunt aurea fila comæ.
Semideas formâ ſuperas: tibi candida Nais
Inuidet, ac habitans ſyluæ luſtra Dryas.
Felices nimium violæ, felicia ſerta,
Delia quæ niuea nectit amata manu.

Felices lymphæ, quas tingit eburnea membra:
  Felix terra, albo quam premit illa pede.
Inuideo certè nimium felicibus hortis.
  Fontibus inuideo quos mea vita colit.
Quos nunc alloquitur blandisq́ arridet ocellis:
  Vmbris inuideo quas mea vita ſubit.
O vtinam noſtros habitares Delia montes
  Mecum, tunc poſſem dicere: cura vale.
Huc formoſa veni, mecum ſpatiabere campis:
  Nos capiet feſſos arboris vmbra, veni.
Saltabunt Dryades, ſimul ſaltabit Oreas:
  Carmina cerata Pan canet apta lyra.
Te formoſa vocant colles, vallesq́ reſultant:
  [illegible] gaudet & [illegible].
Mella ambroſa ſudabunt Gnoſia ſyluæ:
  Fundet pro liquidis fons tibi nectar aquis.
Suauius in denſis dulcè cantabit Aëdon
  Arboribus, placidis & ſtrepet vnda ſonis.
Clamabunt frutices, clamabit ſylua ſuſurro
  Clamabunt fontes: en Erycina venit.
Hic ades, hîc Dryadum ſeruantur lilia in antris:
  Seruatur niueis texta corolla roſis.

Hic nobis molli ſunt tecta ſedilia muſco:
Quæ tilia vmbriferis velat opaca comis.
Sunt pelluciduli fontes, ſcabroq́; ſuſurrans
E topho vitreis riuulus exit aquis.
Sunt & hamadryadum ſecreta cubilia ſyluis,
Antraq́; muſcoſis condita pumicibus.
Sponte tibi denſi frutices ſua brachia iungunt:
Vmbraq́; ſecretis texitur apta iocis.
Hìc ludit Charitum comitatu pulcra Dione,
Et roſeo dulces fundit ab ore ſonos.
Depoſuit pharetratus amor ſua gramine tela
Vicino, & ſeruat florea ſerta tibi.
Serta tibi ſeruat maternâ dulcia myrto
Contexta, & foliis pulcer Adoni tuis.
Huc properat plenis Nymfarum turba caniſtris,
Aureolaſq́; parat flore ligare comas.
Non hîc Tyrrhenum monſtrum, non corpore torto
Squammea conuoluens terga chelydrus adeſt.
Non tumidus Python, non formidabilis aſpis:
Nec geminum quatiens Amphiſibæna caput.
Non hîc ſunt lynces, non fulua pelle leones:
Non latet hic curuo dente nociuus aper.

Nec metuendus adeſt pardus, nec naribus vncis
Gryphs in hyperboreis qui tenet antra iugis.
Non hic harpyiæ immundæ, non pellibus vrſi
Fuſcis, non his ſunt monſtra feræq; locis.
Quæ curuis niueos diuellere dentibus artus
Poſsint, ſecretos vel prohibere iocos.
Sed tantum his inſunt manſueta animalia ſyluis,
Vicinoq; ſolent fonte leuare ſitim.
Sunt pauidi lepores, damæ capreæq; fugaces,
Quas agit excitis Cynthia virginibus.
Huc mea vita veni, mecum requieſce ſub vmbrâ:
Auricomæ Veneris fac imitemur aues.
Oſcula tot roſeis decerpam preſſa labellis,
Quot nec amans Acis, nec Galatea tulit.
Cum quondã vmbroſis formoſæ in vallibus Ætnæ
Mutarent iunctis baſia anhela labris.
Inuito quot nec fixit Cythereide nato
Salmacis in Lyciis luxurioſa vadis.
Aurea tunc rutilis Venus arridebit ocellis:
Ridebitq; latens gramine blandus Amor.

LAVDES HORTVLI.

O Sacras Nymfæ latebras colentes,
Et ſalutares Heliconis vmbras
Hic Meduſæi, precor, hìc adeſte
Fontis alumnæ.
Hortuli mecum varias ſalubris
Dulcibus laudes memorate plectris:
Hortuli mecum celebres amœni
Tollite honores.
Hic leuat noſtram recreatq́ mentem:
Vnica eſt noſtræ dominæ voluptas:
Sæpius feſſæ requiem virenti
Præbet in vmbrâ.
Arbores veſtit variis opacas
Fructibus (blandum dominæ leuamen)
Sub quibus pictæ volucres ſonoro
Gutture cantant.
Floribus terram nitidis coronat:
Hìc apes leni volitant ſuſurro,
Mellaq́ infundunt vigiles cauatis
Roſida cellis.

Hìc obumbratus tilia capillis
Fonte ſcintillans abit è ſonanti
Riuulus rauco feriens madentes
Murmure arenas.
Hìc vagans mammis niueis Oréas
Saltat, hìc comptis Dryades capillis
Curſitant, pictos viridi legentes
Gramine flores.
Stridula errantûm leuat aura veſtes
Altius, fulgent niueæq; ſuræ:
Nunc mouent riſum reſonatq; lætis
Lymfa cachinnis.
Interim denſis Satyri frutetis
Delitent, cuſtos ouiumq́; Faunus,
Et ſimul duris capiunt edaces
Oſsibus ignes.
Sæpius ſuaues mea vita flores
Colligens pictas parat hìc corollas:
Sæpius fruges metit, & rubentes
Exprimit vuas.
Sæpe ſupponens capiti lacertos
Fronde ſub ſpiſſo capit hìc ſoporem,
Floſculum ætatis roſeamq́; ſpirans
Ore iuuentam.

Tunc frutetoſis latitans viretis
Splendidam mecum tacitè voluto
Deliæ formam, venienſq́; palmas
Prendo tenellas.
Dulcia & furtìm rapio oſculilla
Mella decerpens roſeis labellis
Lacteaſq́; ardens ſine veſte miror
Ludere mammas.
Ipſa tunc blandos oculos hiulcans
Colla circundat niueis lacertis,
Mollibus ludens manibuſq́; noſtra
Impetit ora.
Tunc nouus ſurgit mihi ventus imis
Oßibus ſæuos renouans calores:
Et dies nobis redeatq́; talis
Sæpius opto.
Hortuli plectris igitur canoris
Floridi laudes memorate Nymphæ,
Qui quieſcenti dominæ fragrantes
Afflat odores.

◆

SIGISMVNDI IVLII

DE NOVO AMORE LILIAE.

Hactenus plectris cecini ſonoris
Deliam & flagrans colui Lycorin:
Abſtulit iam cor mihi blanda blandis
Lilia ocellis.

Vincit hæc pulcram nitida Dionem
Corporis formà, iacit hùc & illùc
Flammulas, triplex nitet in modeſto
Gratia vultu.

Hæc meum morbo iecur vlcerauit
Flammeo argutis rutilans ocellis:
Jndies creſcit calor, inquieto
Vſtulor igne.

Liliam, ah, ardens rutilante Phœbo
Flagito, noctu voco nigricante
Liliam, dulcis natat ore ſemper
Lilia noſtro.

O nimis ſuauem, nimiumq́ ſæuam
Liliam: tu me recreaſti ocellis,
Et labris, iamiam nimio miſellum
Conteris igne.

Tu mihi blandas nimis & ſuaues
Aſsidens voces, mea lux, dediſti,
Feruidas noſtro quibus excitaſti
Pectore flammas.
Quid? iocos inter cupidos labellis
Molliter preſsi tua labra, captus
Spiritus lenis roſeoq́; ab ore
Serpſit in artus.
Serpſit, at dirum miſero venenum
Factus eſt, noſtras quatiens medullas:
Totne ſub molli latitant roſarum,
Tegmine ſpinæ?
En ioci nobis peperêre curas:
Sunt leues verſi in lacrymas cachinni:
Oſcula & gignunt iterata in imo
Corde ſagittas.
Quid queror? mirè cremor, & medullis
Torqueor morbo triplici: ſed eheu,
Nullibi gratam capio calente in
Corde medelam.
Ah miſer certè video ſagittas
Jam penetrantes acuiſſe ſæuum
Cypriæ natum, mea queis frequenter
Corda fatiget.

Saue quid tandem puer? vſtulari
Nonne iam flammâ duplici miſellum
Sat fuit, quod iam ſemel angis arcu
Pectus acuto?
Parce, nam quid te iuuat? ô amantum
Rector alate, ô aliò ſagittas
Flammeas iamiam iaculare, noſtris
Parce medullis.
Sat ſit: immenſis facibus crematur:
Cor opus lymfis habet: ô puellæ
Quæ roſis lymfas datis, hortuliſq́; hæc
Corda rigate.
Ah eas fruſtra voco, nil iuuabunt:
Lilia at ſi tu mihi ſæpe figas
Suauium extemplo calidi reſident
Pectoris ignes.

DE LABELLIS LILIAE AD APES.

ATtico mihi dulciora melle,
Floſculis mihi ſuauiora pictis,
Cycnæis mihi molliora plumis,
Et roſis rubicundiora vernis,

Pulcræ ſunt labra Liliæ: liquores
Hyblæos ſuperant fauoſq́; hymetti,
Vincunt murmura veris; o minutæ
Apes, quæ folia herbulaſq́; molles,
Quæ flores, thyma, Chloridiſq́; ſuaues
Picta diuitias amatis, hæc hæc
Labra, quærite, ſi fauos parare
Prædulces cupitis, replere veſtras
Si vultis meliore melle cellas.
Sed quid vos voco ſtultus? ô nociuæ
Apes, in foliis manete: nobis
Hæc tantum labra dedicata ſunto.

AD LILIAM ABSENS ET AEGROTANTE PARENTE.

Ergo tuâ facie fatis, mea vita carere
Cogor, & heu! vacuam triſtis obire domum.
Siderea priuor formâ, quâ paſcere ocellos
Sum ſolitus: nullâ te ſine luce fruor.
Namq́; parens iacet, heu fatis, poſtratus iniquis,
Et vitam morbis obrutus æger agit.

Proh dolor, hoc miſerum vetat, o mea vita, reuerti:
    Rurſus ad optatos me vetat ire lares.
Nam quãuis mihi ſit te cernere ſumma voluptas:
    Dedecus eſt ægrum deſeruiſſe patrem.
Vrebar præſens, magis at miſer, uſtulor abſens,
    Improbus & flammas cotidie auget amor.
Conſumor duplici curâ: mala fata parentis
    Me torquent, nec non me tua flamma cremat.
Flamma cremat, miſero mihi curaq́; pectore oberrat
    Te, metuo, vexet ne quoq; dira lues.
Nocte dieq́; precor ſuperos, violenta iacentis
    Vt procul auertant fata luemq́; patris.
Quò citius vultum, mea Lilia, pectore læto
    Splendentem aſpiciam, quo ſine triſtis ero.
Triſtis ero, donec miſer ad tua tecta reuertar,
    Colloquioq́; tuo dent mihi fata frui.
Lilia te deſidero ſole oriente cadenteq́;
    Ardens, ſomniferâ te, mea, nocte voco.
Lumina (crede) ſopor mihi rarus obumbrat, amoris
    Tela pharetrigeri me vigilare iubent.
Nil niſi dulce vident mea, te præſente, meum cor,
    Lumina: ſed iamiam nil niſi triſte vident.

Ah ſine te præbent acidum mihi mella ſaporem,
Dat ſuccum liquidæ, te ſine, nectar aquæ.
Totus crede mihi ſine te lux vna videtur,
Annus, agunt miris me mala fata modis.
O vtinam mihi blanda ſuos Cythereis olores
Mitteret, aut volucrem Bellerophontis equū.
Sæpius vt volitans te poſſem accedere, ſuauis
Lilia, ad ægrotum moxq́ redire patrem.
Sed negat (heu mihi) ſæua ſuos Cythereis olores
Eſt mihi nec volucer Bellerophontis equus.
Sic miſerum cruciant abſentia, cura, cupido,
Oſſaq́ continuo mi vorat ignis edax.
Parce alate puer: parce o mea Lilia, tantas
Amplius haud potero ſuſtinuiſſe faces.
Viuere non potero, ſed me tua flamma necabit
Intima, & heu corpus conteret exanimum.
Tu ſenſus repuiſti omnes, tu pectore captam
Infelicem animam, Lilia, amantis habes.
O nunc Æſculapi redeas, redeaſq́ Melampe.
Vos voco, vos morbo ferte parentis opem.
Ambroſiæ ſuccos & odoriferam Panaceam
Ferte laborantem & tabe leuate patrem,

Huius enim morbus caræ me priuat amicæ
Vultu, cor dupliciq́; anxietate premit.
Ferto Machaon opem patri: ſed quid voco? fruſtra eſt:
CHRISTE pater medico te citò ſanus erit.
Tu fer opem: miſeros aliàs nos CHRISTE relinquens
Ibit ad Elyſios non rediturus agros.
Sic mea tot grates tibi fiſtula panget, arenas
Spumea cerulei quot vehit vnda freti.

DE SEIPSO, CVM A LYCIDA AMICA COGERETVR DISCEDERE.

DVM freto Bacchi reliqui natantes
Fronte perfuſà celebrant ſodalis
Nuptias, Nymfis peraguntq́; lætas
More choreas.

Ipſe dum feſto fruor apparatu,
Ipſe dum feſtas itero choreas,
Dum ſeco Bacchi pelagus, amicam
Linquere in vrbe.
Cogor orbatus roſeis labellis;
Iamq́; feſtino mala fata greſſu
Vrbe me inuitum rapiunt, iubentq́;
Viſere rura.

Vrbe Nympharum decus, vrbe noſter
Ardor, & noſtri dea ſola cordis
Manſit, at curis ego plenus altis
Viſo colonos.
Rure nunc amplo ſpacior, virentes
Nunc Bodæ ſcrutor latices natando
Memet exercens, mihi cantat vdo
Nais ab antro.
Nunc peto apricum recreandus hortum,
Membra florentes mea ſub racemos
Arborum ſternens, capienſq́; opacâ
Frigus in vmbrâ.
Cerno tum rubri varias nitere
Fronde circum diuitias Priapi,
Cerno formicas ſibi quæritantes
Gramine victum.
Miror & Faunos pede pruriente
Inſequi mollem Dryadum cateruam:
Illa tutelam ſibi tortuoſis
Quæritat antris.
Poma tum portans generoſa Nymphis
Donat hortorum Deus, oſculanda
Vt roſis ipſi labra largiantur
Æmula vernis.

Pluraq́; infundit calathis, fluore
Quæ tument, nigroq́; animam fuſco
Pullulant, Nymphæ capiunt lubentes
Dona Priapi.
Et Deo iungunt roſea incitanti
Labra pro donis: Satyrumq́; luget
Turba, quòd blandis nequeat cicutis
Flectere Nymphas.
Dona conſumunt Dryades, cachinnis
Et ſtrepunt vmbræ, ſtrepit vnda, paruus
Quam Boda herboſo vomit ore, amœno
Proximus horto.
Illa dum cerno, memor, ah, relictæ
Hinc procul, memet ſimilem miſellis
Iudico Faunis, feræ quos amoris
Tela fatigant.
Pruna dum carpant Dryades, amicam
Fingo præſentem, ſimilem Priapo
Fingo me, Nymphæ labra dum petenti
Dulcia donant.
Vana ſed cur non mihi fingo? nunquid
Fingere abſenti fateri haud: petenti
Suauia at prunis mihi dulciora
Lygda rependet [illegible]

Interim lugens foueo corollam,
Quam mihi nuper dedit illa rapiens
A comis, ſignum tibi & hoc amoris,
Dixit, habeto.
Dixit & nobis labra iunxit, illa
Seruo cum ſerto, mihi fata donec
Dextra concedant iterum relictos
Viſere amores.

AD AMICAM IRATAM.

ERgo fata mihi prorſus contraria cerno:
Seq́; reor lacrymis exhilaráre meis.
In nos offenſæ cumulata eſt ira puellæ,
Fulmine ſupremi ſæuior ira Iouis.
Fallor? an infeſtis vngit ſua tela venenis
Aliger? aut mortem Diua cruenta parat?
Sed quid commiſi? a domina quod amore calente
Baſia ſint nobis, ſitq́; petita ſalus.
Quid mihi diua paras? hoc eſt peccaſſe? Cupido
Quid crucias miſerũ? quid mihi Lygda paras?
Anne catenatas fractura es perfida flammas?
Priſtinaq́; infirmo ſtant tua verba pede?

Dulcia

Nec metuendus adeſt pardus, nec naribus vncis
Gryphs in hyperboreis qui tenet antra iugis.
Non hic harpyiæ immundæ, non pellibus vrſi
Fuſcis, non his ſunt monſtra feræq́; locis.
Quæ curuis niueos diuellere dentibus artus
Poſsint, ſecretos vel prohibere iocos.
Sed tantum his inſunt manſueta animalia ſyluis,
Vicinoq́; ſolent fonte leuare ſitim.
Sunt pauidi lepores, damæ capreæq́; fugaces,
Quas agit excitis Cynthia virginibus.
Huc mea vita veni, mecùm requieſce ſub vmbrâ:
Auricomæ Veneris fac imitemur aues.
Oſcula tot roſeis decerpam preſſa labellis,
Quot nec amans Acis, nec Galatea tulit.
Cum quondã vmbroſis formoſa in vallibus Ætnæ
Mutarent iunctis baſia anhela labris.
Inuito quot nec fixit Cythereide nato
Salmacis in Lyciis luxurioſa vadis.
Aurea tunc rutilis Venus arridebit ocellis:
Ridebitq́; latens gramine blandus Amor.

LAVDES HORTVLI.

O Sacras Nymfæ latebras colentes,
Et ſalutares Heliconis vmbras
Hîc Meduſæi, precor, hîc adeſte
Fontis alumnæ.
Hortuli mecum varias ſalubris
Dulcibus laudes memorate plectris:
Hortuli mecum celebres amœni
Tollite honores.
Hic leuat noſtram recreatq́; mentem:
Vnica eſt noſtræ dominæ voluptas:
Sæpius feſſæ requiem virenti
Præbet in vmbrâ.
Arbores veſtit variis opacas
Fructibus (blandum dominæ leuamen)
Sub quibus pictæ volucres ſonoro
Gutture cantant.
Floribus terram nitidis coronat:
Hîc apes leni volitant ſuſurro,
Mellaq́; infundunt vigiles cauatis
Roſida cellis.

Hìc obumbratus tilia capillis
Fonte ſcintillans abit è ſonanti
Riuulus rauco feriens madentes
Murmure arenas.
Hìc vagans mammis niueis Oréas
Saltat, hìc comptis Dryades capillis
Curſitant, pictos viridi legentes
Gramine flores.
Stridula errantùm leuat aura veſtes
Altius, fulgent niueæq; ſuræ:
Nunc mouent riſum reſonatq; lætis
Lymfa cachinnis.
Interim denſis Satyri frutetis
Delitent, cuſtos ouiumq́; Faunus,
Et ſimul duris capiunt edaces
Oſsibus ignes.
Sæpius ſuaues mea vita flores
Colligens pictas parat hìc corollas:
Sæpius fruges metit, & rubentes
Exprimit vuas.
Sæpe ſupponens capiti lacertos
Fronde ſub ſpiſſo capit hìc ſoporem,
Floſculum ætatis roſeamq́; ſpirans
Ore iuuentam.

Tunc frutetoſis latitans viretis
Splendidam mecum tacitè voluto
Deliæ formam, venienſq; palmas
Prendo tenellas.
Dulcia & furtìm rapio oſculilla
Mella decerpens roſeis labellis
Lacteaſq; ardens ſine veſte miror
Ludere mammas.
Ipſa tunc blandos oculos hiulcans
Colla circundat niueis lacertis,
Mollibus ludens manibuſq; noſtra
Impetit ora.
Tunc nouus ſurgit mihi ventus imis
Oſsibus ſæuos renouans calores:
Et dies nobis redeatq; talis
Sæpius opto.
Hortuli plectris igitur canoris
Floridi laudes memorate Nymphæ,
Qui quieſcenti dominæ fragrantes
Afflat odores.

◆

SIGISMVNDI IVLII

DE NOVO AMORE LILIAE.

HActenus plectris cecini ſonoris
Deliam & flagrans colui Lycorin:
Abſtulit iam cor mihi blanda blandis
Lilia ocellis.
Vincit hæc pulcram nitida Dionem
Corporis formâ, iacit hûc & illûc
Flammulas, triplex nitet in modeſto
Gratia vultu.
Hæc meum morbo iecur vlcerauit
Flammeo argutis rutilans ocellis:
Indies creſcit calor, inquieto
Vſtulor igne.
Liliam, ah, ardens rutilante Phœbo
Flagito, noctu voco nigricante
Liliam, dulcis natat ore ſemper
Lilia noſtro.
O nimis ſuauem, nimiumq́; ſæuam
Liliam: tu me recreaſti ocellis,
Et labris, iamiam nimio miſellum
Conteris igne.

Tu mihi blandas nimis & ſuaues
Aßidens voces, mea lux, dediſti,
Feruidas noſtro quibus excitaſti
Pectore flammas.
Quid? iocos inter cupidos labellis
Molliter preßi tua labra, captus
Spiritus lenis roſeoq́ ab ore
Serpſit in artus.
Serpſit, at dirum miſero venenum
Factus eſt, noſtras quatiens medullas:
Totne ſub molli latitant roſarum,
Tegmine ſpinæ?
En ioci nobis peperère curas:
Sunt leues verſi in lacrymas cachinni:
Oſcula & gignunt iterata in imo
Corde ſagittas.
Quid queror? mirè cremor, & medullis
Torqueor morbo triplici: ſed eheu,
Nullibi gratam capio calente in
Corde medelam.
Ah miſer certè video ſagittas
Jam penetrantes acuiſſe ſæuum
Cypriæ natum, mea queîs frequenter
Corda fatiget.

Saue

Sæue quid tandem puer? vſtulari
Nonne iam flammâ duplici miſellum
Sat fuit, quod iam ſemel angis arcu
Pectus acuto?
Parce, nam quid te iuuat? ô amantum
Rector alate, ô aliò ſagittas
Flammeas iamiam iaculare, noſtris
Parce medullis.
Sat ſit: immenſis facibus crematur:
Cor opus lymfis habet: ô puellæ
Quæ roſis lymfas datis, hortuliſq́; hæc
Corda rigate.
Ah eas fruſtra voco, nil iuuabunt:
Lilia at ſi tu mihi ſæpe figas
Suauium extemplo calidi reſident
Pectoris ignes.

DE LABELLIS LILIAE AD APES.

ATtico mihi dulciora melle,
Floſculis mihi ſuauiora pictis,
Cycneis mihi molliora plumis,
Et roſis rubicundiora vernis,

Pulcræ ſunt labra Liliæ: liquores
Hyblæos ſuperant fauoſq́; hymetti,
Vincunt murmura veris; o minutæ
Apes, quæ folia herbulaſq́; molles,
Quæ flores, thyma, Chloridiſq́; ſuaues
Pictæ diuitias amatis, hæc hæc
Labra, quærite, ſi fauos parare
Prædulces cupitis, replere veſtras
Si vultis meliore melle cellas.
Sed quid vos voco ſtultus? o nociuæ
Apes, in foliis manete: nobis
Hæc tantum labra dedicata ſunto.

AD LILIAM ABSENS ET AEGROTANTE PARENTE.

Ergo tuâ facie fatis, mea vita carere
Cogor, & heu! vacuam triſtis obire domum.
Siderea priuor formâ, quâ paſcere ocellos
Sum ſolitus: nullâ te ſine luce fruor.
Namq; parens iacet, heu fatis, poſtratus iniquis,
Et vitam morbis obrutus æger agit.

Proh dolor,hoc miſerum vetat,o mea vita,reuerti.
Rurſus ad optatos me vetat ire lares.
Nam quãuis mihi ſit te cernere ſumma voluptas:
Dedecus eſt ægrum deſeruiſſe patrem.
Vrebar præſens, magis at miſer, uſtulor abſens,
Improbus & flammas cotidie auget amor.
Conſumor duplici curâ: mala fata parentis
Me torquent, nec non me tua flamma cremat.
Flamma cremat, miſero mihi curaq́; pectore ober-
Te, metuo, vexet ne quoq; dira lues. (rat
Nocte dieq́; precor ſuperos, violenta iacentis
Vt procul auertant fata luemq́; patris.
Quò citius vultum, mea Lilia, pectore læto
Splendentem aſpiciam, quo ſine triſtis ero.
Triſtis ero, donec miſer ad tua tecta reuertar,
Colloquioq́; tuo dent mihi fata frui.
Lilia te deſidero ſole oriente cadenteq́;
Ardens, ſomnifera te, mea, nocte voco.
Lumina (crede) ſopor mihi rarus obumbrat, amoris
Tela pharetrigeri me vigilare iubent.
Nil niſi dulce vident mea, te præſente, meum cor,
Lumina: ſed iamiam nil niſi triſte vident.

Ab

Ah ſine te præbent acidum mihi mella ſaporem,
Dat ſuccum liquidæ, te ſine, nectar aquæ.
Totus crede mihi ſine te lux vna videtur,
Annus, agunt miris me mala fata modis.
O vtinam mihi blanda ſuos Cythereis olores
Mitteret, aut volucrem Bellerophontis equũ.
Sæpius vt volitans te poſſem accedere, ſuauis
Lilia, ad ægrotum moxq́ redire patrem.
Sed negat (heu mihi) ſæua ſuos Cythereis olores
Eſt mihi nec volucer Bellerophontis equus.
Sic miſerum cruciant abſentiæ, cura, cupido,
Oſſaq́ continuò mî vorat ignis edax.
Parce alate puer: parce ò mea Lilia, tantas
Amplius haud potero ſuſtinuiſſe faces.
Viuere non potero, ſed me tua flamma necabit
Intima, & heu corpus conteret exanimum.
Tu ſenſus repuiſti omnes, tu pectore captam
Infelicem animam, Lilia, amantis habes.
O nunc Æſculapi redeas, redeaſq́ Melampe.
Vos voco, vos morbo ferte parentis opem.
Ambroſiæ ſuccos & odoriferam Panaceam
Ferte laborantem & tabe leuate patrem.

Huius enim morbus cara me priuat amica
Vultu, cor duplicíq́; anxietate premit. (*eſt.*
Ferto Machâon opem patri: ſed quid voco? fruſtra
CHRISTE pater medico te citò ſanus erit.
Tu fer opem: miſeros aliâs nos CHRISTE relin-
Ibit ad Elyſios non rediturus agros. (*quens*
Sic mea tot grates tibi fiſtula panget, arenas
Spumea cerulei quot vehit vnda freti.

DE SEIPSO,
CVM A LYCIDA AMICA COGERETVR DISCEDERE.

DVM freto Bacchi reliqui natantes
Fronte perfuſâ celebrant ſodalis
Nuptias, Nymfis peraguntq́; latas
More choreas.
Ipſe dum feſto fruor apparatu,
Ipſe dum feſtas itero choreas,
Dum ſeco Bacchi pelagus, amicam
Linquere in vrbe.
Cogor orbatus roſeis labellis;
Jamq́; feſtino mala fata greſſu
Vrbe me inuitum rapiunt, iubentq́;
Viſere rura.

Vrbe Nympharum decus, vrbe noſter
Ardor, & noſtri dea ſola cordis
Manſit, at curis ego plenus altis
Viſo colonos.
Rure nunc amplo ſpacior, virentes
Nunc Bodæ ſcrutor latices natando
Memet exercens, mihi cantat vdo
Nais ab antro.
Nunc peto apricum recreandus hortum,
Membra florentes mea ſub racemos
Arborum ſternens, capienſq́ opacâ
Frigus in vmbrâ.
Cerno tum rubri varias nitere
Fronde circum diuitias Priapi,
Cerno formicas ſibi quæritantes
Gramine victum.
Miror & Faunos pede pruriente
Inſequi mollem Dryadum cateruam:
Illa tutelam ſibi tortuoſis
Quæritat antris.
Poma tum portans generoſa Nymphis
Donat hortorum Deus, oſculanda
Vt roſis ipſi labra largiantur
Æmula vernis.

Pluraq́; infundit calathis, fluore
Quæ tument, nigroq́; animatæ ſucco
Pullulant, Nymphæ capiunt lubentes
Dona Priapi.
Et Deo iungunt roſea incitanti
Labra pro donis: Satyrumq́; luget
Turba, quòd blandis nequeat cicutis
Flectere Nymphas.
Dona conſumunt Dryades, cachinnis
Et ſtrepunt vmbræ, ſtrepit vnda, paruus
Quam Boda herboſo vomit ore, amœno
Proximus horto.
Illa dum cerno, memor, ah, relictæ
Hinc procul, memet ſimilem miſellis
Iudico Faunis, fera quos amoris
Tela fatigant.
Pruna dum carpunt Dryades, amicam
Fingo præſentem, ſimilem Priapo
Fingo me, Nymphæ labra dum petenti
Dulcia donant.
Vana ſed cur hæc mihi fingo? nunquid
Fingere abſenti ſatis? haud: petenti
Suauia at prunis mihi dulciora
Lygda rependet.

Interim lugens ſomno corollam,
Quam mihi nuper dedit illa raptam
A comis, ſignum tibi & hoc amoris,
Dixit, habeto.
Dixit & nobis labra iunxit, illa
Seruo cum ſerto, mihi fata donec
Dextra concedant iterum relictos
Viſere amores.

AD AMICAM IRATAM.

ERgo fata mihi prorſus contraria cerno;
Seq́; reor lacrymis exhilaráre meis.
In nos offenſæ cumulata eſt ira puellæ,
Fulmine ſupremi ſæuior ira Iouis.
Fallor? an infeſtis vngit ſua tela venenis
Aliger? aut mortem Diua cruenta parat?
Sed quid commiſi? à dominâ quod amore calente
Baſia ſint nobis, ſitq́; petita ſalus.
Quid mihi diua paras? hoc eſt peccaſſe? Cupido
Quid crucias miſerũ? quid mihi Lygda paras?
Anne catenatas fractura es perfida flammas?
Priſtinaq́; infirmo ſtant tua verba pede?

Dulcia quæ nobis firmabant verba manuſq;
In celeres paſſa eſt nunc abiiſſe Notos.
Hæc mihi ſuadebant: nunquam patière repulſam:
Iſta tamen meus huc diſtulit vſq; timor.
Omnia amor ſuperat verus, vicitq; timorem,
Effluxit cupidus victus amore calor.
Iamq; tuas iras ſæuoſq; verebar ocellos,
Verbaq; conſiliis non ſatis æqua meis.
Ter conabar amans titubantem ſoluere linguam,
Terq; locuturo defuit ore ſonus.
Sæuus amor tandem linguam ſoluiſſe coëgit,
O ad perniciem lingua ſoluta meam.
Eſto memor quoties, mea vita, quieuimus ambo
Arbore coniunctis ſub patula manibus.
Hæc recolo atq; placent: verũ haud ſat amantibus
Si tandem optatas non licet ire vias. (illud
Quid iuuat agricolam, terræ qui ſemina mandat
Si poſt frugiferas deſecat alter opes?
Quidue iuuat cupidum creſcentia poma videre
Si nec anhelanti, quæ petit, ore capit?
Semper aqua ſcatebras gliſcentes cernit, at ardens
In mediis ſicco Tantalus ore ſitit.

Tantale tu infelix: at infelicior ipſe,
Me cogunt dominæ fata carere meâ.
Tantale ſi tecum nobis mutare liceret,
Ipſe tuam mallem ſuſtinuiſſe ſitim.
Parce mihi, mea Lygda, tuum compeſce furorem,
Atq; mihi victam, ferrea, redde manum.
Vulneris autorem petit ille, teritq; prehenſum
Vulnere, quem caudæ Scorpio pungit acu.
Sic ego dum ignotis teneas me Lygda catenis
Semiuiuus ad medicam ſaucius ire [illegible]
Sed mihi cuncta negas ſperata, me fallis inanem
Spem video, eſt in te nil niſi fictus amor.
Juraſti quoties, mea lux, te pectore ſolum
Me colere, æternos teſtificata Deos?
Juraſti ſolumque tibi præferre: fatere
Vera hæc, ſi flammis gaudia digna dares.
Forſitan in thalamum mecum libet ire? libenter
Ducere te cuperem, lux mea, ſtemma vetat.
Stemma vetat, prohibent iuuenilia tempora, dum
Quæ caſtris Cypriæ me vigilare iubent.
Haud ego propterea cupidis amplexibus utar,
Inq; labris dominæ labra fouebo meæ.

Te voco Lygda, tuos toties ſuſpiro calores,
Teq; ſalutiferam capite adoro deam.
Ob te deſerta eſt à me, mihi crede, Lycoris:
Ob te carminibus Lilia tacta meis.
Lilia mi toties optata petitaq; verùm
Baſia rara miſer, matre vetante, tuli.
Acriter hac vßit me: ſed grauiore miſello
Heu mihi, tu flamma ſaucia corda teris.
Non obſtaret hyems, glacies, Boreaſue, nociuis
Dentibus, aut gelida, quas vomit ore, niues.
Non Syrtes, non Scylla rapax, non dira Charybdis,
Ipſa nec innumeris turpis Malea malis.
Non aditū ad te mihi prohiberet fronte Pyracmon
Sæua, nec Steropes ignibus ora notans.
Non terrere queunt me ſquallida Tartara, quamuis
Ignivomo latret Cerberus ore triceps.
Vincit amor flammas, non vlla pericula curat,
Per freta, per ſpinas, ſaxaq; tendit amor.
Eſt fortis igne amor, flammas ſuperatq; Chimeræ
Ardentis, vel quas Sicelis Ætna fouet.
Hunc ego te propter patior, miſerere caloris:
Ignes nec tamen Lygda rependa malis.

Forſan te Libycæ duram genuere leænæ,
    Semine vel Tygridum te reor eſſe ſatam.
Corde geris ſilices, ſilices tamen vna mouere
    Gutta poteſt, nequeunt corda mouere preces.
Cor decet eſſe puto Nympharum molle: ſed eheu
    Corpore tu molli ferrea corda geris.
Ab facie toruâ me baſia lauta petentem
    Abnuis & miſero labra manuſq́ negas.
Illa ne ſum tanto ſolamina digna calore?
    Præmia nunc meruit talia noſter amor?
Scilicet immodicè damno gaudebis amantis
    Seu mihi vis miſeram dura parare necem.
Damna para, mortemq́ para, tibi corpora ſubdo:
    Perdatur niueâ ſed mihi vita manu.
Elige quid velis [illegible] vita eſt mea, tradita dudum
    Morſq́ tibi, lubet vt, tu miſerere, neca.
Des auſis veniam: non eſt mea culpa, precari,
    Qua crucior, Veneris nam face tactus ago.
Viribus humanis haud fas compeſcere flammas,
    Quas iacit alatus per ſua tela puer.
Non mihi, at igninomis iſthac aſſcribe ſagittis.
    Eſt puer, at magnis imperat ille Deis.

Heroumq́ Deumq́ regit puer improbus ille,
    Corda, an eum nobis parcere velle putas?
Seuus amor mortem quot ſuſtinuiſſe coëgit,
    Quos vicit celeri pulcra Atalanta pede?
Nonne & Abydenum iuuenē fera flamma peremit,
    Cum peteret cupidus per freta ſalſa ſinus?
Stricta natanturus expandens brachia, at, eheu
    Brachia ſpumanti iam peritura freto.
Ille mari nimium confidit, iamq́ procellis
    Tectus vix potuit dicere: cara vale.
O puer infelix nimium: moderator aquarum
    Inuidit Nympha dulcia furta tibi.
Dis digna inuidit Nymphæ tibi furta miſellum
    Teq́ procelloſis, heu, ſuperauit aquis.
O crudelis amor, Venus o crudelis: amantes
    Quid miſeros morti tot dare, ſæua, iuuat.
Dum fuit Antigone iuſſu iugulata Creontis
    Hæmon ad extinctā procubuit tumulum,
In ſua deſperans ſtrictum dedit ilia ferrum,
    Mœſtaq́ cum domina miſcuit oſſa ſua.
Sic Thyſbes, timidam quam torua leæna fugarat,
    Veſte conſpecta ſanguine tincta ſuæ,

Pyramus inueniens pallam, & moræ ita locutus
Ah periit, proprio corruit enſe miſer.
Enſe, reuertenti fatum crudele puellæ
Qui fuit, heu, rediens qua mala virgo timet?
Exclamat ferroq́ incumbit cæde tepenti,
Adiungens fido ſaucia membra proco.
Quid Scyllam referam? nimio quæ capta calore
Dicitur (heu) patris deſecuiſſe comas.
Fatales roſeaſq́ comas, queis tota pependit
Spes patriæ, ac vrbis queis ſita tota ſalus?
Deſecuit (ſic iuſſit amor) prædamq́ nefandam
Duxit in hoſtiles torua puella manus.
Quid Parin ad raptus Troianaq́ bella coëgit?
Quæue ad caſtrandum ſors mala mouit Atyn?
Andromedam Perſeus correptus amore redemit,
Cum peteret toruus candida membra Draco.
Orphea qui tygres, ſaxa & vaga flumina mouit
Ardor ad infernos compulit ire Deos.
Herculeo quis maior? quem tot ſubiiſſe labores
Collaudant ipſi an parcere quiuit amor?
Paruus adhuc infans geminos ſuperaſſe colubros
Fertur & audaci dilaceraſſe manu.

Idem Lernæis hydram combuſſit in vndis
Poſt Erymanthæum monte necauit aprum.
Nec minus æripedis tulit aurea cornua cerui:
Grata Cleonæus præda fuitq́ leo.
Perfodit ſumma Phinæas arce volucres
Ac Dominum ſæuis pabula ſtrauit equis.
Illius expulſo mage creuit adorea tauro:
Perdidit & vigilans aurea poma Draco.
Hippolyten vicit, rapuit quoq́ balthea, ab illo
Et Centaurorum turba ſuperba iacet.
Victor & in Libycis Anthæum ſtrauit arenis
Impoſuit collo Cerbere vincla tuo.
Cacum proſtrauit, victusq́ Acheloi duello
Ora dabas ripis mox pudibunda tuis.
Euboicum Alcidus vicit quoq́ claua Pyracmon
Feſſo Atlante polum ſuſtinuitq́ humeris.
Hæc ille effecit, vehemens hæc dextra peregit:
Attamen immodico captus amore fuit.
Illum amor Eurythidos mirè cæcauit Ioles:
Cæpit eum flammis Lyda puella ſuis.
Ad dominam ſedit muliebri tectus amictu
Mollia robuſto pollice fila trahens.

Vt ſileam reliquos heroës, fortia corda
Aliger in quorum ſpicula miſit amor.
Sæuas cantatrix ſenſit Medea ſagittas
Murmura nec proſunt, herba nec vlla valet.
Torquet amor Dryades, Satyros, Paneſq́; fatigat:
Sic Nymfa in Lycius Salmacis arſit aquis.
Sic Earus dum traxit Hylan per flumina amatum
Sic fueras captus Faune Syringa ſequens.
Egit amor Borean: Neptuni pectora fixit:
Impulit ad raptus Tartareumq́; deum.
Quin iaculatricem cœlo deſcendere diuam
Lathmia quo peteret ſaxa coëgit amor.
Clauderet vt niueis pulcrum Endymiona lacertis;
Atq́; daret tenero dulcia labra proco.
Mutauit flagrans cœleſtia corpora Phœbus,
Primaq́; Leucothoës oſcula ſumſit anus.
Iuppiter aligero didicit parere, ſagittæ
Aligeri ſuperant tela triſulca Iouis.
Quæ fuerant tum tela Iouis? cum cornua tauri
Accipit, Europen per freta ſalſa vehens?
Dumq́; aquilæ tegitur plumis, dum corpore cygni
Veſtitus tecum Læda venuſta cubat.

Quæ

Quatum tela Iouis? cœlo cum lapſus ab alto
In Danaës cecidit aurea lympha ſinum?
Dumq́; calens iacuit cum virgine Nonacryna
Indutus formam Cynthia dia tuam.
Addo quod haud propria puer improbus ille pepercit
Matri, experta nouas quæ fuit ipſa faces.
Namq; venenificis nati perfoſſa ſagittis
Se toties lateri iunxit Adoni tuo.
Aſt ego, qui minimũ illorum me iudico, amantes
Qui ſua ſub Cypria colla dedêre iugum,
Quid faciam mea? nonne petam de fonte ſalutem
Ex quò comburens hic mihi fluxit amor.
Me tua forma [illegible]: ſani rapuiſti ocelli
Cor noſtrũ, & Charites quæ tua fronte ſedeant.
Colla niues æquant montanas, labra roſaſq́;,
Et digiti cygnos, ſunt ſine labe comæ.
Forma nitet, formâ facile eſt ſuperaſſe puellas
Flumineas vincit ſyluicolaſq́; Deas.
Vmbroſis quondam cliuoſæ in vallibus Idæ
Certarunt formâ Cynthia, Iuno, Venus.
Arbiter illarum paſtor Troiane fuiſti,
Membraq́; iudicio ſuppoſuere tuo.

Bellica quid tum Pallas erat? quid Regia Iuno?
Mala tulit, laudes & ſimul alma Venus.
Vinceret at dominæ me iudice forma, deabus
Lygde te vellem præpoſuiſſe tribus.
Tecum hortos colui, tibi verba ſuauia dixi:
Semper & in tali ſors mihi promta fuit.
Tunc mihi ridebat cœlum, ridebat & aër:
Grata dabat dulcem tunc philomela ſonum.
Omnia ridebant ſyluæ colleſq; ſupini:
Præbebant molles gramina preſſa toros.
Tunc mihi plus ſolito pellucida lymfa fluebat:
Auribus & noſtris nobile murmur erat.
Tunc & plus ſolito mihi culmina mota placebant
Arborum, & aſſuetis textilis vmbra iocis.
Tunc me Nymfarum lucus, tunc antra iuuabant
Syluanis toties antra habitata deis.
Turba videbatur mecum gaudere volucrum:
Soluens ſub denſis guttura brachiolis.
Ipſe volutabam tunc furta futura puellæ,
Sperans fautricem ſemper habere deam.
Dicebam Faunis: Fauni ô felicior ipſe
Sum vobis, mihi nam Cypria diua fauet:

Vos Nymphæ fugiunt, viridi mihi gramine Lygde
Aſsidet, & ſtrictis iungimus ora labris.
Aſsidet, innumero latam modo flore corollas
Texere, nunc comulis implicuiſſe iuuat.
Hæc ego ſi recolo, recolo ſi tempora flagrans
In quibus hæc ſumſi gaudia, creſcit amor.
Sed nunc aduerſis agitur mea cymba procellis,
Idalio nomen cymba datura freto.
Jam ſqualent colles mihi, ſyluaq́ nigra videtur:
Nunc odi lucos gramineoſq́ toros.
Triſte canũt volucres, Zephyri nec culmina flabris
Mota, placet trepidæ nec mihi murmur aquæ.
Antehac quæ placuit modulo philomela ſuaui,
Creditur illepidos edere inepta ſonos.
Nympharum ſperno choreas, Fauniq́ receſſus:
Nota ſub arboribus nec placet vmbra mihi.
Nocte a te inuita tua me comitatur imago,
Quodq́ negat fuſca mens mea nocte rapit.
Aucupor in ſomnis dulciſsima baſia, et heu
Gaudia ſunt orto nil niſi vana die.
Hæc augent flammas, ſæuiſsima, mouearis amantis,
Lygde, ſola mei finis & origo mali.

Duritiem depone tuam tibi ſuadeo, quondam
Ne veniat ſuperum pœna cruenta tibi.
Iphis Anaxeretes nimio fuit actus amore,
Tradidit at ſpretus corpora mœſta neci.
Janua ſuſpenſum tenuit, ſed virgo rigentem
Dum videt in ſaxi flebile tranſit onus.
Sic Echo quondam notiſſima Nympha periſſe
Dicitur, & iam vox nil niſi nuda ſonat.
Cauſa mali fuerat Nymphæ Narciſſus, at illi
Viſa in aqua pictam formam ſuperba tulit.
Et vereor, ſuperum ne non tibi pœna ſuperſit:
Verte animum, hac vereor, tu tibi Lygda cave.
Nam tibi ſi pœnam, mihi buſta parata videbis:
Triſtiaq́; effuſis ora rigabis aquis.
Facta infecta volens atq́; omnibus aſpera dices:
Hei mihi! tam fido cur ego dura fui?
Perfundes lacrymis tumulum, mea fata dolebis,
Corq́; tuum ſpretus tunc penetrabit amor.
Quicquid id eſt facito lacrymæ teſtentur amorem,
Inſcribas tumulo carminaq́; iſta meo.
Hic quem durities Lygdes & pœna peremit
Aligeri expertus tela, Poëta iacet.

AD VILLAM.

Villa quę noſtris toties ocellis
Spurca ſordebas, mea quę libido
Pectora accendit, quis & incolendi
Ignis adurit?

Antea planè mihi diſplicebas:
Trux videbaris minimeq́ ſuauis
Dum meum pectus faculis & igni
Lygda cremabat.

Cura creſcebat mihi, nec canebat
Barbitus verſus mea delicatos:
Nil dabat mærens niſi garrientes
Fiſtula cantus.

Siue per campos ſpatiabar, altis
Seu Bodæ ripis fluitantis, ipſa
Rura ſordebant, mihi pœminoſa
Credita ripa.

Nullus vmbroſis honor æſculetis
Tunc erat, nec mî virides receſſus
Seu Napæarum Driadumúe, nec mî
Vmbra placebat.

Nulla laudabam Satyrum canentûm
Carmina, aut feſtas Dryadum choreas:
Caſta nec pectus mihi recreabat
Gutture Aëdon.
Garrula & cantans volucrum caterua
Tunc videbatur mihi, per coruſcas
Et ſtrepens ſyluas nimium meum cor
Aura leuabat.
Semper at vixi miſer inquietis
Obrutus curis, vaga poſtulauit
Mens reportari toties ad vrbem
Viſere Lygdam.
Mira res: nobis nihil illa curę
Amplius, mentem noua fax fatigat,
Quas puellares tenet vrbs fouetq́;
Temno cateruas.
Regios curo nihil apparatus,
Nilq́; turritas moror ęger vrbes:
Spreta conſtanter toties placet nunc
Villula nobis.
Quare ſed? noſtros tenet hęc amores
Hęc voluptates tegit: ô beata
Villula hęc ſeruans, mihi bella ſemper
Villa placebis.

Cunctaiam rident mihi, non vt ante
Riuuli ſordent neq; ſylua: ſuaui
Sed lyrà noſtræ iuuat hic amicæ
Tollere laudes.

Siue per campos ſpacior, recuruis
Seu Bodæ ripis fluitantis, ipſa
Rura nec ſquallent, neq; paminoſa
Ripa videtur.

Quin nouus denſis honor æſculetis
Nunc ineſt, iam mì virides receſſus
Et Napæarum Dryadumq́; iam mì
Perplacet vmbra.

Blanda iam laudo Satyrum canentum
Carmina, & feſtas Dryadum choreas:
Iam mihi & pectus recreat ſuaui
Gutture Aëdon.

Garrula haud cantant auium cateruæ
Amplius nobis: mox per coruſcas
Et ſtrepens ſyluas leuat aura flatu
Corda ſalubri.

Interim viuo tamen inquietus
Obrutus curis, mea flagitatq́;
Mens reportari toties amicas
Syluia in vlnas.

Hæc Dea ô mitis Venus, hæc volucri
Cum tuo nato mihi largiaris.
Veſtra ſic feſto mea villa cultu
Numina honoret.

SOMNIVM.

DIcite Pierides mihi quis crudelia miſit
Somnia? nonne Venus, trux Veneriſue puer?
Nox erat & ſolito recubabant noſtra cubili
Membra, & obumbrarat lumina laſſa quies.
Neſcio quo fato affulſit ſub imagine ſomni
Horrorem incutiens forma tremenda mihi.
Scilicet occulto ſpaciari in rure videbar,
Paruus arenoſas quâ Boda voluit aquas.
Obuia procedit mihi Syluia, pallor & ori
(Heu nimium dominæ mœſta figura meæ.)
Inſidet: heu macies cygnæos læſerat artus,
Cana modò vt tegeret vix leuis oſſa cutis.
Articulis inerat frigus macieſq́; voracem
Vidiſſes toti corpori ineſſe famem.

Obuia talis erat: formam dum miror ego, artus
Occupat, & membris omnibus horror ineſt.
Amplector miſeram, cauſaſq; inquiro doloris:
Sic etenim flagrans corde iubebat amor.
Illa ſilet contenta oculos in pectus amantis
Coniicere, & ſubito triſtis abire parat.
Vix aggreſſus eram, mox liquit lumina ſomnus,
Serpſit & extremos terror in articulos.
Iam vigilo, dominæ tenebris micat obuia forma
Non alia, in ſomnis quàm mihi viſa fuit.
Prænimia arrecti ſtabant formidine crines:
Stratus eram ſicco nec (velut ante) thoro.
Vndiq; nam (credas) per membra trementia nobis
Frigidulus falſæ labitur humor aquæ.
Somnia ſed mecum ſenſu trepitante volutans,
Huc illuc miſeri turbine cordis agor.
Ominis eſt aliquid: ſed (ſint licet omnia) vbi ille,
Qui mihi nil falſi vaticinetur, erit?
Nunc vbi ſunt vates? vbi nunc oracula? Delphis
Amplius haud verax Phœbus in aure ſonat.
Ipſa, Paratoniam Memphimq; & rura Canopi
Quæ coluit priſco tempore Diua, ſilet.

Non modò Nilicolis vatis latrator Anubis,
Cum matreq́ pater ſanctæ Oſiris abeſt.
Cornigeri dudum vox vera euanuit oris,
Arcadici quondam quam petière viri.
Nec minus Euboicæ periêre oracla Sibyllæ,
Quæ Cumis linguâ vaticinante dedit.
Chaoniæq́ ſilent volucres, Themidoſq́ ſilet vox
Deucalioneis reddita temporibus.
Scilicet hæc dubius, nunc credam ſomnia, verſer
Turbine curarum debiliq́ graui.
Tu mihi ſis vates Venus & pharetrate Cupido,
Vera mihi toties quæ meditata, cant[illegible]
Somnia ſi fuerint valeant: ſi vera futura
Ante mihi Lacheſis triſtia fila ſecet.
Forma precor maneat, viuam: quæ ſomnia portant
Si cernam, acceptum mors mihi munus erit.

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

EPISTOLARVM LIBER.

ELEGIA PRIMA AD NOB. ARNOLDVM STAMMERVM AFFINEM ET FRATREM OPT.

QVæ Stammere Bodæ de flumine mittit amicus,
Carmina fraterno, ſi vacat, ore legas.
Iam mea forte licet tibi non ſint carmina curæ,
Aſtrææ penetret cum tua cymba fretum.
Aſtrææ Cypriæue fretum, ni fallor: amici
Grata tamen veniat littera miſſa tibi.
Obruor infelix tot fluctibus, arboris inſtar
Ventilat alati miſſa ſagitta Dei.
Pectora nec torpere ſinit, ſed perfidus inſtat,
Vulneribuſq; datur rara medela meis.

Rara mihi dantur solamina, rara voluptas:
  Flamma sed (heu) nostrum cor violenta cremat.
Quid faciam? sic finis erit? mea gaudia nutant
  Diua tamen subito sistere dura iubet.
O sors dura mihi: nuper te Arnolde relinquens
  Sperabam domina non procul esse mea.
Sperabam: at sine te viuenti Syluia molli
  Nec mihi tacta manu, nec mihi visa fuit.
Viuo miser, nitidis dominaeq́; orbatus ocellis
  Destituor facie, destituorq́; labris.
Æstate interdum Zephyroq́; fauente fruebar
  Colloquio ardoris deliciisq́; mei.
Seu campo ripisq́; canens spaciabar opacis,
  Paruula qua rauci soluitur vnda Bodæ.
Sed iam bruma rapax virides orbauit agellos
  Gramine, syluosas destituitq́; comas.
Et Philomela silet picturataq́; volucres:
  Delitet in nidis guttura pressa cohors.
Nullus honor syluis: Boreas per rura vagatur:
  Terra madet: laribus quisq́; latere studet.
Amplius haud nudos visit mea Syluia campos:
  Colloquio, amplexu sic ego priuor amans.

Nec mihi fidus adeſt, quem tutò mittere poſſim:
Lingua loquax vulgi nil metuenda mali.
Æger agit vitam fidus puer, huic male dirum
Vt vereor manibus ſtamina parca ſecet.
Hæc ingrata forent mihi: dulcia ferre fuerunt
Mì noua, cum curis me cruciabat amor.
Proh dolor, ille iacet, iacet, ah fidiſſimus. vrbe
Neſcio adhuc viuat, num memor illa mei.
Quodnam ſolamen reſtat vitare coacto
Gaudia, quæ quondam vox mihi grata dedit?
Tunc ardore tumens plenuſq; cupidine inhæſi
Mellifluis linguâ nil remorante labris.
Baſiola impreſſi collo, niueiſq; papillis
Baſiola & manibus brachioliſq; dedi.
Brachiolis cygni plumas imitantibus: artus,
Quos perluſtrabam, nil niſi nectar erant.
Æthereum nectar, quali Phrygius puer alti
Implet candidus regia pocla Iouis.
Dicebam Veneri grates Veneriſq; puello;
Proq; leuatrici carmina digna manu.
Spernebam vulgi nugas linguamq; loquacem,
Et mihi ſpondebat mens mea; victor amans.

Baſia noſtra Iouis ſuperabant furta, calores
  Molliit et Pallas, bos, aquila, imber, olor.
Hæc ego ſi recolo fermè fax pectora frangit.
  Gaudia quod non ſint continuanda mihi.
Amplexus dominæ quod amans vitare coactus
  Vino, intus tacito nec minus igne cremor.
Rumperer: at dominæ ſpem mollia verba reportant,
  Quæ toties nobis blandula lingua dedit:
Cotidie: ô dilecte mihi ſuſpiria mittens
  Sis memor, æternum ſumq́; futura tua.
Hæc mihi cor recreant: hora expectanda, vicißim
  Gaudia quæ orbato delitioſa dabit.
Interea cum te inuideant mihi fata, daturus
  Qui mihi non paruum voce leuamen eras:
Abſenti, quod lingua nequit dare, carmina poſſunt.
  Illa legas: nam me non fugit, ipſe cales.
Sed tua ſorte mea melior ſors: gaudia namq́;
  Nec tibi fata negant, nec locus ipſe negat.
At ſatis: illepidæ ignoſcas Arnolde camœnæ.
  Dictitat hæc raptim nam mea Muſa mihi.
Plura vetat tempus cantare, ſonantia carmen
  Perfudit languens & mea labra ſopor.

ELEGIA SECVNDA

AD M. THOMAM PLASZ
AMICVM OPT.

QValem exopto mihi, tibi portat amice, ſalutem
Vluoſi à ripis littera miſſa Bodi.
Fallor? an hanc facie Themis indignante recuſet,
Aut Phœbo lætam porgit amica manum?
At ſcio laurigeram quod amet Themis alma Poeſin,
Viſitet interdum Pegaſeoſq; ſinus.
Hæc ego nam nôram, tua cum ſint pectora nota,
Mens & in arcanis fida reperta mihi.
Corde meo minimum dubitans, i littera, dixi
Littera fraternas, i citò tange manus.
Inuenies hortis illum ſpaciari vmbroſis
Aſtrææ, & dignos cingere flore comas.
Seu Themidos vaſti ſulcantem flumina ponti,
Nequaquam iuueni, vix benè nota ſeni.
Siſte precor, dicas, cymbam, me mittit amicus:
Siſtet anhelantem protinus ipſe ratem.

Nec dubito, noſtra [illegible] ſcatet amena,
Verbaq́ quæ mitto corde libente leges.
Nec labor aſsiduus, nec te Themis ipſa uetabit:
Fraterni ſuperans gluten amoris erit.
Carmina cur mittam, forſan tua Muſa requiret,
Cum dare mos fuerit verba ſoluta mihi.
Illa iuuant: ne quære ultrà, me flamma fatigat
Acris, & infeſtum mens mea vulnus alit.
Gaudet amor numeris: numeris recreantur amantes.
His ſua, quiſquis amat, corda [illegible] leuat.
Ipſe ego qu[illegible] non dignus nomine vatis
Cenſeor, illorum ſum tamen artis amans.
Viuere ſperatis mihi ſi fortuna dediſſet,
Fata nec obſtarent inuidioſa, locis.
Non reſidem vilis me villa teneret agreſtem:
Clauderet aut muris vrbs odioſa ſuis.
Arſi (ſcis) toties gentes peragrare remotas,
Et vagus ignoti viſere regna poli.
Mos decet hic iuuenes, ſed et cui membra ſeneſcunt
Temporaq́ alba, placet delituiſſe domi.
Fata ſed inuitum vetuerunt viſere regna
Extera, nec celſi me tenet aula ducis.

His tandem fretum me Lipſia clara teneret,
Lipſia laurigeri flamine plena Dei.
Hæc mihi iam ſqualet tecto face, ſordet & aula
Viſendi Muſas nulla cupido mihi eſt.
Incola ſum villæ: villa me viuere cogit,
Migrandi vires eripuitq́; Venus.
O quoties dixi noſter ſit mitior ignis:
Et mea placata membra tegantur humo!
Optaui interdum, viſa vt mihi Sylvia nunquam
Eſſet, ab ignotis ſuſciperer q́; plagis.
Fas ita forte mihi laudes virtutis apiſci:
Pectora nec tantus debilitaret amor.
Attamen auxilio ſuperum ſub tempora veris
Suſcipiam longum nobilis hoſpes iter.
Obſtabunt (ſcio) lacrymæ facieſq́; relictæ.
Aduerſa & ſpecies ſortis acerba mea.
Cura fatigabit mihi cor, me ſomnia tangent
Dira: tamen virtus eſt adeunda mihi.
Sæpius, ah pagum, quid enim veriſſima celo?
Pœnitet à ſociis me petiiſſe rudem.
Pœnitet: optarem (ſi fors ita ferret) in illum
Quo vixi, imponi reſtituiq́; ſtatum.

Illo me [illegible] viſendi regna cupido
Exteraq; virtutis me quoq; iuſsit amor.
Sed fuit in fatis, vt non niſi acerba ſubirem:
Vt mihi perpetuò ſors inimica foret.
Vera tibi, non ficta, cano, nec verba Camœnis
Inſunt (vt fatear) diſsimulanda meis.
Si fallam, aut auido rapiat me gutture tellus,
Et fiam abſorptus Amphiaraus equis.
Aut Diomedæi lacerent mea membra caballi,
Cor mihi vel feriant tela triſulca Iouis.
At iam colloquium fidi me [illegible] amici,
Scriptaq́; Theſſala litera amica manu.
His ego dum loca dant, vtar: mihi corda relaxant
Nonnunquam, curis dant requiemq́; meis.
Caſtora te Pollux amo: dum mea pectora noris,
Noſq; inter vigeat inueteratus amor.
Si tecum (vt ſolitus fuit) ille vireſcit, amico
Redde vicem & carta ſcribe legenda manu.
Et ſi forta Themis vetet addere plura, roganti
Mittatur verbis carta notata tribus.
Paruula amicitiam nam teſtificata ſatiſdat
Littera, & immenſæ pondera molis habet.

ELEGIA TERTIA ad eundem.

Vino calens hilariſq; [illegible] ad[illegible] riſum
Mouit vix cauta litera ſcripta manu.
Iniecit Bacchus digitis cerebroq; grauamen,
Membraq; tardauit ſemiſepulta mero.
Ebrius ipſe ſenex aurito vectus aſello
Noluit, vt laſſus linqueret ora ſapor.
Ipſe hoc teſtaris, teſtantur viſcera charta
Cuncta: tamen decorat Atticus ille liquor.
Commiſſum ſcriptis (prius at commiſſa) fateris:
Haud equidem noſtram noſti amice fidem.
[illegible] facile ignoſco totus [illegible] expertus; [illegible]
Cor ſcio nam [illegible] exuperaſſe grauis.
Propenſa haud animus eſt munus mihi [illegible]
Pectore [illegible] ſciolam non fugit eſſe tui. [illegible]
Nauta [illegible] vicinæ appellit terra,
[illegible] vt lymphas ſicca carina nouas.
Sic [illegible] nautam ſitientem Aſpice carina
Flumine de ſalſo N[illegible]xon adire iubet.
Feſſa labore [illegible] brachia Bacchi
Rore, vel Arcadii flumine tincta [illegible].

Cuncta modum ſeruant: ſeruat liber omnis amoris
Hic mihi nec ratio, nec modus vllus ineſt.
Quid prodeſt, prædam ſi quis nanciſcitur, illam
Cogitur & ſubito linquere? creſcit amor.
Ergo ego fallaci cur ſeruio ſemper amori?
Cur ea non fugio, quæ mihi damna ferunt?
Lapſus ab Eridani Phaeton ſi ſurgeret vndis
Indomitos nollet ſcandere cautus equos.
Viueret, haud vnquam peteret ſublimia pennis
Icarus, & vaſta nomina nollet aquæ.
At mihi quæ toties nocuere, reſiſtere telis
Neſcio, ſed ſemper in nocitura ruo.
Scilicet hæc labes mortali innata cateruæ:
Quæ proſunt, vitat, quæq́; nociua, cupit.
Vt lepus inſipiens, agitat quem turba Laconum,
Si ſemel ex auidi rictibus hoſtis abit;
Haud tamen euitat damni loca, at illa reuiſit,
Atq; in ſuſpecto viuere gaudet agro.
Sic tua caſtra, Venus, repeto: vix liber ab æſtu,
Ignem dum fugio, nil minus ignis adeſt.
Dum Venerem tutus ſperno, cumq́; vrbe puellas
Inuiſa pharetrâ cor mihi fixit amor.

Haud ſecus effugiunt capreæ cum ſæua ſequuntur
  Ora canum, in caſſes (mæſta turba) cadunt.
Semper agor: Pyrois ſeu portat ab æthere lucem:
  Siue venit fuſco nox taciturna pede.
Lenta ferenda mihi ſed erit patientia, crebra
  Quam cura vincent, vincet & ipſe dolor.
Forſan inepta tibi hæc: nam ſunt ludibria multis,
  Fabula queìs Venus èſt, fabula mollis amor.
Eſſem vtinam quoq; talis ego: ſed ſaucius erro,
  Sumq́; pharetrati natus ad arma Dei.
Da veniam feſſo: namq; has ſuperare potentes
  Quis potis eſt diuûm, quiue hominum faculas?
Da veniam Muſæ, Cypriæ laſciuula verſus
  Quod canit & veteris nil grauitatis habet.
Noſtra datura foret quamuis grauiore Mineruæ
  Carmina, conantem ſcribere Diua vetat.
Tentaui, fateor: prohibebat flamma, iacebant
  Verba, ſonus noſtræ conticuitq́; lyræ.
Qualis enim mens eſt, talis regit ipſa camœnas:
  Vtitur ah hilari carmine quiſquis amat.
Nunc valeas, nox plura negat, dignare ſodalem
  Reſponſo, & lætus tempora læta tere.

At mihi ſi flãmas quas dat Venus improba poſſim
Pectore vix ſano ſuſtinuiſſe, ſat eſt.

ELEGIA QVARTA
Ad eundem.

IVliadum nuper cultis quæ venit ab hortis
Littera, confeſtim, cum data, lecta mihi eſt.
Gratulor ipſe mihi (prius at tibi gratia) veli
Quod fuit ingenio palma tributa meo.
Garrula collaudas inſcitaq; carmina: portant
At tua maiores ſcripta ſoluta ſales.
Melliferas verè quæ poſſediſſe volucres
Credo, vel Hyblæos inſeruiſſe fauos.
Conſtitui contrà dare: ſum differre coactus
Ignoſcas tardæ des veniamq; moræ.
Officiis vinci nolebam, occaſio chartæ
Iam ſe oſtentaret cum ſatis apta meæ.
Sed quænam (ſcripta vt repetam) te fabula mouit
Thoma, me facti quod cupis eſſe reum.
Arguis alta monens me criminis: actus amore
Sim quaſi conatus dicere: Muſa vale.

Scribis: Amor valeat, valeatq; doctiſſima [illegible]
Nec minus illuſtris, quam pietas, aula Ducis.
Viſere Muſarum valeant quicunq; reſiſtent
Limina, fonte tenus queis decus omne fluit.
Falleris: Aonios fontes, velut ante requiro.
Aſtræa nobis [illegible] puppis abiit.
Nec credas, aulam mihi ſic placuiſſe, ſorores,
Vt mihi caſtarum nullus ineſſet amor.
Nec tibi perſuade, quod qui ſacra limina tutat,
Spernat Hyantheos protinus ille choros.
Cæſaris Auſoniæ iuſſu procul exul ab urbe
Vixit ad Euxinum Naſo poeta fretum.
Muſas dilexit, poſtquam gens barbara: [illegible]
Plenus erat Clarii ſed numine ille Dei.
Non odi Nymphas: quis enim ſacra numina Phœ-
Non amat? (aligeri ſint licet arma procul
Queis gaudent Muſæ) foveat quis æmula ſaxo
Corda, vel intonſis barbariora Getis?
[illegible] procul hinc Beſſi, procul ite Coralli
Sauromataq;: haud ſunt talia corda mihi.
Pierides, nec non mihi puræ Aganippidos undæ
Perplacet, & puris Permeſſus ipſe vadis.

Parnaſſi curæ mihi ſunt ſacra culmina montis,
Cephiſſum doctis qui Vatis alluit aquis.
Me iuuat & Ladon, vmbraq; Heliconis amœna,
Vernat vbi Lyrio laurus amata Deo.
Numine non prohibente ſub his mea tempora clau-
Paruula Cyrrhæi me teget vrna iugis. (dam:
Sum ſeruus Veneris, ſum ſeruus Apollinis: opto
Huic moriar domino, parcat vt illa precor.
Quid magis exoptem? mihi ſi contingeret olim
Cingere laurigero vatis honore caput.
Delius hoc poterit, laurum virente miniſtrum
Donare, ad laudes nil opis illa feret?
Vera mones, fateor, tento quoq; pellere flammas:
Sed contra alatum nil mea ſcuta Deum.
Ni victus forſan eſſet Cybeleius Atys,
Non ſtaret pinus, membraq; ſecta forent.
Eſt pellenda Venus certè: tamen excitat armis
Interdum Muſas, quæ iacuere, ſuis.
O valeas dixi (pudeat dixiſſe) Camœna,
Et tu cum numeris Phœbe Theſpiſq; vale.
Et (verum vt teſter) tacuiſſet noſtra Poeſis,
Languentes venas permouiſſet amor.

Quem iuuat, ediſcat verboſa volumina, & ora
Commodet ingrato litigioſa foro.
Præfero ego Themidi Phœbum cultasq́ ſorores,
Iamq́ nouus vates in ſacra caſtra feror.
Interdum (fateor) dat opes Aſtræa: ſed illas
Non ſitio, tituli tangor amore noui.
Æternum durant (Phœbeia turba) Poetæ:
Atq́ per ignotas laude vehuntur aquas.
Mæonides, cœlum dum ſtabit, in orbe canetur:
Carminibus viues maxime Naſo tuis.
Cærula Neptuni pelago dum fuſcina regnat,
Tityrus & ſegetes, armaq́ ſcripta manent.
Si numeris unquam morietur Horatius, horti
Florida vitabis ſepta Priapetus.
Nulla lyræ docti veniet iactura Tibulli,
Lesbia cumq́ ſuo vate perennis erit.
Lucanus viuet, viuent tua ſcripta Properti,
Frugiferas tellus donec habebit opes:
Ante capræ cytiſum ſpernent fugietq́ Corymbum
Laudes Flaminii quam taceantur, apes.
Dum tela aligeri volitabunt aurea Diui,
Effundet lepidos Antiniana ſales:

StroZiadæ viuent, cycni dum grata Caystri
Vuida erit, argutis tuq́; Cayete vadis.
Non tua, docte prius, Syncere camœna iacebit,
Quàm ſacra fontanis Ida carebit aquis.
Ardea quin prius accipitrem, custodis amabit,
Corpora Niliacæ læſus Ichneumon aquæ.
Quam (quis enim dici potuiſſe fatebitur) vnquam
Phœbea pereat docta caterua lyræ.
Morte carent numeri, vatū quoq; fama perennis,
Queis ora Aonii plena liquoris erant.
Talibus obriZum cedat precioſa Tagiq́;
Flumina, & auriferis Hermus amænus aquis.
Sancta quibus Phœbi penetralia nota: coactis
Verſibus hinc abeat merdipoëta procul.
Jgnota Aonii cui culmina montis, Apollo
Cui neq; Caſtaliis ora rigauit aquis.
Tales ille odit: latices Heliconis amœni
Nam rudibus numeris commaculare ſtudent.
Nobis ſit pretium Phœbi modo vile: miniſter
Dicar Hyantæis inuigilaſſe vadis.
Non ſacra, antiquos quæ veſtiit inſula vates
Mi petitur, nunquam fors erit illa mihi.

Maiora haud cupiã: modò tempora veſtiat olim
Paruula Pymplæis texta corolla iugis.
Sic contentus ero: ſic (quamuis nomine paruo
Præditus) à ſera poſteritate canar.
Hæc tibi ne ſegnis videar ceu caſtra peroſus
Pieridum, miſi: conſule miſſa boni.
Et viguêre velut nos hactenus inter amoris
Vincla, precor maneant illabefacta: vale.

ELEGIA QVINTA
Ad eundem.

PRonus ego ad numeros, ſatis & mihi venula promta,
Ocia ſed deſunt, & locus aptus abeſt.
Nec mihi geſtarum nouitas gratiſſima rerum:
Nil dignum famâ ruſtica turba facit.
Talia turritis volitant ex vrbibus, alta
Bellerophontæi ſtant vbi templa chori.
Qua cytharæ cantuſq; ſonant, vbi tempora luſu,
Sorte ibi cui licuit viuere, grata terit.
Viuo ego rure, nec eſt quicq̃ quod ſcribere poſſim:
Num tibi de ſola ruſticitate canam?

Dat muros argilla tenax pro turribus altis:
Villula ſtat paruis aſpicienda caſis.
Muſica vobiſcum eſt: mugitibus armentorum
Balatuq́; ouium noſtra ſed arua ſonant.
Tempore quin priuor: quæ iam ſunt tempora ſordēt.
Sunt & Apollineis non ſatis apta modis.
Vere elegi gaudent: cecini ſi vere, cicutæ
Effluxit vena diuitiore ſonus.
Me ſuper in ramis volucris permulta pependit:
Concinuit vario Daulias ore mihi.
Concinuit Satyrum laſciua caterua, meoſq́;
Audiit & ſtupuit plurima nymfa ſonos.
Phyllida Battus amans flauamq́; Amaryllida Mopſus
Aſſonuit nobis: ô Amarylli veni.
Reſpondit Lycidas errans in valle propinqua,
Candida Niſa veni, dulcis Hyella veni.
Ima moloſſorum reboant latratibus antra,
Florida queîs lepores per iuga cinctus agit.
Auxerunt Zephyri vires in carmine, adauxit
Iucundæ ſtrepitus delitioſus aquæ.
Sæpe ibi Dictynne perfudit eburnea membra
Laſſa puellari concomitata choro.

Gratia purpureo cui plurima luxit in ore
Pinxit & auratas ſpica ciliſſa comas.
Multoties Dryadum me lactea turba coëgit
Tangere, dum ſtrepuit picta caterua, lyram.
Sorte mihi raptam cecini ſi Deliam, ab ima
Echo reſpondit garrula valle mihi.
Seu te Lygda modis, te Lilia, teúe Lycori
Suſtuli, in arboribus guttura iunxit auis.
Aſſonuêre leues per florea rura cicadæ,
Læta ſuſurrauit conſcia mellis apis.
Præbuit herba torum, ſedem virgulta canenti,
Et viguit circum naris amicus odor.
Tum me blanda chelys inſculptaq; verba iuuarunt
Quercubus, ardoris parua medela mei.
Aſt vbi nunc vmbræ, riui, Dryadumq; receſſus?
Quo volucres, flores, ros Zephyruſq; abiit.
Priuarunt foliis Cauri ſpiramine ſyluas:
Floribus ac herbis terraq; nuda caret.
Sylua riget, pictura ſoliq; euanuit omnis:
Lingula plumoſi nec ſonat vlla gregis.
Triſtis auena ſilet Panis, latitantq; Napææ
Cernitur in madido nulla chorea ſolo.

Æolus infeſto famulos è carcere miſit:
Quilibet & ſæui iuſſa capeſſat heri.
Nube latet cœlum, piceâ tegiturq́; lacernâ,
Et radiis raro Phœbus ab axe micat.
Horrida diſcordes peragunt certamina fratres:
Collacrymat dubio terra gemitq́; polo.
Huius ab ore volat turbo, bacchatur ab Arcto
Alter, & à gelidis nix volat alba plagis.
Viſcera ſæua velut baliſtæ mœnia tangunt:
Sic adeunt miſeros flabra timenda lares.
Iam nix, iam pluuiæ volitant, iam murmura, tellꝰ
Iam iacet infirmo ſemiperuſta gelu.
Sudantes glaciem coguntur frangere manni:
Et currunt ſiccis eſſeda nulla rotis.
Terra viatorum ſuperat putredine talos:
Interdum feſſum ſcandit aduſq; genu.
Quiſq; reformidat tecto prodire calente:
Quiſq; ſuſurrantes horret adire Notos.
Sic cum ſylua iuuet placeant atq; antra Camœnæ:
Barbitus en vena paupere noſtra fluit.
Tempora dant numeros augentq́;, hoc fiſtula garrit
Tempore, ſcribendi materieſq́; iacet.

Phœbus amat Zephyros & aues cœlumq́ ſerenum:
Hæc Themis haud curat, ſi locus aptus adeſt.
Dilecti Themidi iuuenes per tranſtra laborant:
Etſi eat aduerſis quaſſa carina Notis.
Eſt labor aßiduus veſter variiſq́ procellis
Deditus: huc vaſtis voluitur hucq́ vadis.
Hoc opus eſt varii peragant ſua prælia venti:
Vndiq́ vox ſtrepitat, flabraq́ docta ſonant.
Diligit hoc lites ſtudium: certamina ſurgunt:
Lingua ſonat victrix, & iacet altera iners.
Hæc ſatis: at frater cum te noua plurima tangant,
Tempora iam chartæ ſint nec inepta tuæ.
Siſte precor cymbam, calamo breue diuide tempus,
De geſtis ſcribens, quæ tibi nota, nouis.
Sint tenues numeri, ſit Muſa incondita, ſcripſi
Quæ potui, mutum non libet eſſe, vale.

ELE-

ELEGIA SEXTA
AD HENRICVM ALBERTVM MYNSINGERVM &c, FRATREM germanum chariſſimum.

VEnit Anhaltinis ad nos tua, Frater, ab aruis
Littera, arenoſi qua fluit vnda Boda.
Impigro celſi tetigit pede principis aulam,
Vorticibus campos quà ferus Ocra ſecat.
Nuncia quæ portas mihi dulcis epiſtola? dixi:
Ecquid habent leuibus verba ligata modis?
Optat amor numeros: lenimus carmine flammas
Fors noua de fidi fratris amore feret.
Sic erat: at noua dura ſatis: te frater, amantem
Inter ruricolas viuere conquereris.
Spicula fles Veneris, calidoſq́; Cupidinis arcus,
Quæ tibi cotidiè corda peruſta terunt.
Quin me felicem dicis, qui verſor in aula,
Temporaq́; innumeris contero læta iocis.
Falleris ô germane aulam dum carmine tollis;
In qua me inuitum viuere fata iubent.

Ecqua vigent aulis, dic, delectamina cordis?
    Ecqua vigent aulis gaudia? quiue ioci?
Turba ligata ſumus: lubet vt noctuq́ dieq́
    Ad iuſſum noſtri cogimur ire ducis.
Nec mora: per plateas dum tibia ahenea clangit
    Scandere ſpumantis terga iubemur equi.
(Fiſtula non hæc eſt, cecinit qua Tytirus olim
    Dum detondentes gramina pauit oues)
Clangor ad aſtra volat, reſonant taratantara ſyluæ
    Et Dea reflexis quæ colit antra, iugis.
Jamq́ viam legimus, peregrinas viſimus aulas:
    Quales delitiæ ſunt ibi? Bacchus adeſt.
Sic teritur tempus, bibitur: ſonat, ebibe totum
    Turba madens, vino ſomnoq́ ſepulta iacet.
Mane ſed æra ſonant: ad iter tum quiſq́ reſurgit:
    At Bromius laſſos vix ſinit ire pedes.
Cernimur in rapidis tum vix hærere caballis
    Vixq́ vident ſtratas lumina onuſta vias.
Mox iuuat ire ducem nemoroſa per auia, ſeruis
    Stipatus fortes ſternere gaudet apros.
Scandimus intonſos montes, hic luſtra pererrat
    Syluea, dumoſis prædam agit ille, iugis.

Turba necata ſuum iacet vndiq; ſtrata, ſonantq́;
  Plurima ſyluoſis cornua rauca locis.
Sternitur & cornuta cohors leporeſq́; necantur,
  Quotq́; feras latebris ſylua comoſa tegit.
Aulica vita hæc eſt: ſyluis erraſſe, geluq́;
  In niue perfuſis ſuſtinuiſſe iugis.
Aut radiis vri ſolis Boreæue ſaliua
  Nymboſi toto permaduiſſe die.
Gaudia fors ducibus ſunt hæc: nos nocte dieq́;
  Tacta (licet laßi) cogimur æra ſequi.
Ocia ſi fuerint (optant namq; otia multi)
  In vaſis Bacchi pota caterua natat.
Ogygius duris Phœbo præfertur in aulis:
  Spernuntur ſacræ Pieridumq́; lyræ.
Si venit ignotis fortaßis ab vrbibus hoſpes
  Excipitur, valido perluiturq́; mero.
Hæ ſunt delitiæ, terimus queîs tempora: Bacchi
  Abſq; modo inſanas fonte lauare gulas.
Seruus eram Phœbi, Baccho dum ſeruio, prorſus
  Cogor Hyantææ linquere plectra lyræ.
Tempore deſtituor modulandi, ruraq́; deſunt,
  Antraq́; quæ ſancti dux Heliconis amat.

Sum memor Aonidum: me principis atria quãuis
Iam teneant, recolo rura relicta tamen.
Vrbes penè mihi turritaq́; mœnia ſordent:
Amplius haud celſi me iuuat aula ducis.
Quid moror auratis fulgentia tecta tapetis?
Quidúe moror varias quas parit aula dapes?
Rura nemuſq́; iuuant: nil his iucundius: illa
Iamiam viſendi fax noua corda cremat.
Seu ſpaciar ſociis turrita per atria iunctus,
Seu celeris manni terga ſuperba premo.
Semper aquæ recolo ſcatebras nemorumq́; receſſus:
Quicquid ago, occurrunt dulcia rura mihi.
Aulica vita iuuat turbam, quæ ſeruit Iaccho:
Semper & Ogygii ſudat in amne ſenis.
At iuuet: ingrata vitam conſumat in aulâ:
Tempora dent diui, rure beatus agam.
Candida libertas tacitis dominatur in agris,
Aulicus at vitam quiſq; ligatus agit.
O te felicem frater, felicia rura,
Facundoſq́; agros cui coluiſſe datum eſt!
Nunc licet ad fontem ſecura frigus in vmbrâ
Carpere, dum Phœbus iugera lata cremat.

Nunc cum ſemideis iungis modulamina: mirans
Quæ probe iuncoſo Nais in amne ſtupet.
Aſpicis & Dryadum choreas virideſq; Napæas
Floribus ornatis accelerare comis.
Miraris, tenui quo cantus fingat Aëdon
Gutture, melliparens quidúe ſuſurret apis.
Teq; iuuant valles, puriq; ſuſurrula riui,
Quæq; coloratos lympha ferit lapides.
Iamq; coaxantes miraris flumine ranas,
Quidúe canat gryllus, quidúe cicada ſonet.
Nunc luſtrare iuuat flauentia iugera ruris:
Et quæ promittit ſpicea ſerta Ceres.
Nunc picturato modulans ſpaciaris in horto
Lampſacidis mirans dulcia dona Dei:
Nunc aut rete feris tendis, aut arte volucres
(Dum pendet viſco plumula onuſta) capis.
Tergore ſeu manni reſidens cinctuſque moloßis
Auritum ſudas præcipitare pecus.
Arua legens cunctas luſtras fido agmine liras,
Arripitur donec præda petita tibi.
Nunc te velligeras iuuat aſpexiſſe cohortes:
Quas prope paſtorum fiſtula tacta ſonat.

Cantat Acon Lygdam, ſed Phyllida tollit Iolas:
Batte canis pulcram carminibuſq; Napen.
Paſtor quiſq; ſibi dilectam iactat: & ipſa
Paſcit ibi niueas fors Amaryllis oues.
Quid facis ô Corydon: Amaryllida rure relinquis?
Paſcit villoſum te ſine blanda pecus.
Si ſapis, huc redeas Corydon: tua carmina Nympha
Laudabit, iungens mellea labra tibi.
Quid vita agreſti, germane beatius vſquam eſt?
Rura placent: tutus ſecla colonus agit.
Tu tamen, ignitis cum te Cytherea ſagittis
Opprimat, eſſe tibi ſquallida rura refers.
Nil ſyluas cantuſuè auium, nil antra moraris:
Et ſcintillantes ſpernis amator aquas.
Cypria quas offert tibi, quaſq; hymenæus amicas
Spernis; nec Lalage, nec tibi Lygda placet.
„ *Nec Criſpa, aurato quamuis ſat crine niteſcat,*
„ *Pectus ſola tibi dulcis Hyella cremat.*
„ *En ſolam adiungi cupis hanc tibi corde maritam,*
Pectoris hac ſola eſt portus & aura tui.
Parce precor ſæuo ſic indulgere calori:
Reiice crudelis ſpicula iuſſa Dei.

Quod ſuperum tibi iuſſa ferunt, germane ſequendū (eſt
Nil Cypriæ telis ſe maceraſſe iuuat.
Viribus ecquis at (heu) tibi ſæue Cupido repugnat?
An nos? audaces non potuère Dei.
Ipſe, (fatebor enim) tot ſenſi in amore calores,
Quantos vix vnquam corde Poëta tulit.
Chryſonis caſtis torſit me filia flammis
Delia, tunc cordi ſola dicata meo.
Blandula ſollicito me torſit amore Lycoris:
Me cœpit blandis Lilia ſuauiolis:
Lygdaq́ me captum tenuit, me Syluia aduſſit,
Villoſas paſcens nunc Amaryllis oues.
Me tenet abſentem: recolo dum ſuauia fontis,
Ad ſyluas redeo: principis aula vale.
Nympharum variis fulgent hic agmina gemmis,
At cor ſola tenet ruris alumna meum.
En Corydona vocat formoſa Amaryllis ad vmbras:
En ſyluæ, en murmur fontis & antra vocant.
Celſa Meduſæis aula eſt inuiſa poëtis:
Rura colunt Muſæ, ruraq́ Phœbus amat.
Hæc ineunda quies: carmina modulante puellæ
Gramine veſtitis accubuiſſe thoris.

Et ſpretis opibus roſeis hærere labellis,
Dulciaq́ alterno carpere mella ioco.
Hæc mihi vita placet germane: ſuauius ecquid
Vrbe viget? valeant atria, rura petam.
Dilecta interea temet ſolare puella:
Fors tibi non ſemper trux Hymenæus erit.
Adq́ tuos fortuna lares ſua carbaſa pandet:
Præferet & caſtas Cypria diua faces.
Tunc Corydon, (cuius modulamina laudibus effers)
Quæret deſuetam fuſca per antra lyram.
» *Gaudebit fratri Lycidæ, quòd nubit Hyella:*
» *Et iaciet lætis verba nouella ſonis.*
Sint rata: Diua Venus precor annuat: atq; ꝙ optas
Poſteritas tollat carmina noſtra, VALE.

Placuit adijcere Elegiam, ad quam auctor præcedenti Epiſtola reſpondet.

Ad fratrem germanum dilectiß. SIGISMVNDVM IVLIVM MYNSINGERVM à FRVNDECK, de amore ſuo Hyellæ.

Viuis in excelſæ quoniam penetralibus aulæ,
Aſpectu & frueris colloquioq́ue Ducis,

Frater, & Ogygij colis aurea pocula diui,
Conteris & multo tempora blanda ioco.
Dic, age, germani nunquid te cura fidelis
Tangit, an oblito pectore ceſſit amor?
Pluribus eſſe ſolet labes hæc inſita, fiat
Vt ſubito inuiſus, qui modo carus erat.
Haud ſecus inſtabilis tempus mutatur Aprilis,
Sic cannam volitans, cum lubet, aura mouet.
Sæpius & viridi ſquallens iacet anguis in herba,
Et facit incauto vulnera cruda viro.
Nulla tamen de te metuo, procul ite timores,
Horum in conſtanti pectore nulla geris.
Nondum ceſſit amor, nondum ceſsêre calores,
Eſt memor abſentis mens tua fida mei.

Me tenet Ahlſlebiana domus, ſylueſtria curans
Quà duros inter commoror agricolas.
Sed mihi nec lætæ per roſcida paſcua valles:
Nec gelidi fontes nec nemora alta placent.
Non leuibus circum rura auia luſtro moloſſis,
Sordent luminibus retia texta meis.
Non vllam alitibus tendunt mea retia fraudem,
Impunè algenti piſcis inerrat aqua.

Induti tunicis & verſicoloribus horti
Mi ſordent, nullis eſt decus arboribus.

Contra naturæ dices ſunt talia noſtræ
Munera, Miraris? impatienter amo.
Torret & vrit amor noſtras ſæuo igne medullas:
Haud ſecus vt ſiccos æſtus hiulcat agros.
Vror vt in medio Titan nitidiſſimus axe,
Vt calet interna fertilis Ætna face.
Dormio, ſeu vigilo, calor hic ſe callidus infert,
Vt quoq; dum iaceam ſemiſopitus amem.
Obruor infeſtis tot fluctibus, æquoris inſtar,
Sed datur ah tanto nulla medela malo.
Cur me tam fidum chari genuere parentes?
Cur data blanditijs gratia tanta meis?
Queîs ego dilectas poſſem lenire puellas:
Et dare virginibus mollia corda feris.
Eſſem vtinam ſæuis immanior æquoris vndis:
Eſſem vtinam ferro durior & chalybe.
Tunc noſtræ haud vllo placuiſſē tempore nymphæ
Quæ dolet inſtabiles mecum in amore vices.

Quando erit illa dies hilaris mihi ſane Cupido,
Qua mihi dilectæ copia ſit dominæ?

Quando erit vt lectum ſubeat me blandula? noſq;
    Quando erit vt hilaro fœdere iungat Hymen?
Vt dominam in cupidis deſeſſam luſibus vlnis
    Aſpiciam ſomnos carpere languidulos.
Conſimiles ebori mirans iuſto ordine dentes
    Iunctaq; cygneis pectora brachiolis.
Vt tangam roſeaſq; genas tereteſq; papillas.
    Lacteolumq; genu marmoreumq; pedem,
Mulceoliſq; auide iungam mea labra labellis,
    Melliſq; iocis deliciiſq; fruar.
Ah Amor, ah Sponſæ dies quid gaudia differs?
    An mihi vis diram ſæue parare necem?
Me fugit haud, noſtros non abnuit illa calores,
    Reſpuit haud ſancti fœdera coniugij.
Quid mihi quæſo paras ignem, qui pectora torques?
    An ego de cineris morte triumphus erit?
Vult Lygdi germane, mihi dare, vult mihi Criſpam
    Iungere, non Lygde, non mihi Criſpa placet,
Splendeat & quamuis Lalage facieque comiſque,
    Pectus adhuc mouit non tamen illa meum.
Vna mihi totas incendit Hyella medullas,
    Illa e languidulo cor rapit ore mihi.

Illa mihi vitæ leges præſcribat: eam me
    Regia lacteolis ſceptra gerat manibus.
Si daret hanc nobis, vitam daret, inde rediret
    Langueſcenti animæ qui fuit ante vigor.
Sin minus exuſto diſcedet corpore ſanguis:
    Prorſus & Elyſios vmbra ſubibo lares.
Licia tunc charæ cum nex quoq; ſuper Hyellæ
    Vnica coniunctos vrna tegat cineres,
Quoſq; maritali non vinxit nexu Hymenæus,
    In ſuperis iungat Iuppiter ipſe plagis.
Tunc cum dilecta mihi perluſtrare licebit
    Elyſios hortos Elyſiumq; nemus.
Aſpicere & [illegible] pretioſi palatia regis,
    [illegible] gemmea tecta domus.
Feliceſq; auras ſuperum, quas candida ſemper
    Exornat dulci lumine lætitia.
Perpetuus ſudis vbi ſol ſplendeſcit in aſtris,
    Quem nunquam pluuijs inquinat Auſter aquis.
Qua totum florent violæq; roſæq; per annum,
    Nectar vbi quercus Ambroſiamq; ferunt.
Septem albeſcentis qua candida flumina lactis,
    Et totidem mellis flumina pura fluunt.

Quæ citharæ cantusq́; vigent, reſonantia Sapphûs
Quæ plectra exuperant, Iſmariamq́; lyram.
Regiaq́; ad menſas Heroes pocula libant,
Et, (longæua licet,) ſecula non numerant.
Felices ſuperum ſedes formoſaq́; rura,
Quicquid & in campis naſcitur Elyſiis,
Felix, qua nuſquam locus eſt iucundior, ora.
Quis te non cunctis præferat imperijs?
Mi nunc Abillebiæ viridiſſima paſcua ſordent,
Et quæ ſucceſsit prænatat unda pede.
In te mi liceat feſtum celebrare iugale:
In te floricomus vincula nectat Hymen.
Sponte nuces hilaris ſpargam per gramina ſponſ
Et pueris faciam ſacra iocoſa pijs.
Tunc quicunq́; meas conuiua vocatus ad ædes
Venerit, in capite ſplendida ſerta feret.
E pateriſq́; bibet geminatus vina, potentem
Qualia Dardanius imbuit ante Iouem.

Quid loquor ah demens? non fas ſit velle piumq́;
Poſthac in ſuperis non Hymeneus agis (eſt.
Connectet fidos, (nec Iuppiter almus,) amantes,
Terrena hæc tantum gaudia, mundus habet.

Sedibus ætheriis tanta eſt ſine fine voluptas,
Quæ non capta prius, nonquoq; viſa fuit.
Dicamus bona verba: DEVS regit omnia, ſolus
Mirandoq; cunctas numine ſeruat opes,
Illum ſupplicibus ſolum veneremur, ad illum
Fundamus noſtra voce animoque preces.
Audiet is voces, fidos is iunget amantes,
Iunget is, optati gaudia coniugij.
Candida tunc aderit concordia, verus amorq;,
Nam ſine diuina nil ope præſto boni.

Hæc ego vaticinor, ſed ſi proferre aliquam
Dulcibus [illegible]
A[illegible] Lycidem, ceu liber vt [illegible],
Nam, Corydon, teneras per iuga duxit oues.
Dum petit vt pulcræ Lycidas ſocietur Hyellæ,
Ambarum vt ſimilis conſocietur amor.
Crede mihi, totus in ſortem carmina canet.
Vbere de pleno quæ tibi ſponte fluunt,
Ruſticus excudit, as opus vt [illegible] & ardet
Artificum docte quod pinxere manus.
Scilicet hæc ſenibus non dicunt omnia ventis,
Perpetuos viuent ſed ſua ſcripta dies.

Viuant

Digitized by Google

Vivant perpetuum Lycidas formoſaq́; Hyella.
O exſpectatus prodeat ille dies.
Ite leues menſes, aliſq́; fugacibus horæ.
Quis ſcit? forte citus ſors bona currit equis.
Forte [illegible] conceperit tuus puer iam.
Iucundaſq́; dabit ſano in amore vias.
Sperat poſt Hyadas placidorum nauta dierum
Sydera, poſt pluuias ſolq́; micare ſolet.
Sic mihi poſt duros requies ſperanda labores,
[illegible]

At tu ſiue forum, ſeu te Ducis aula tenebit:
Seu ſalientis equi martia terga premis.
Seu libros ſolides nymfæ coniunctus amicæ,
Otiaq́; delectans [illegible] dicta legis:
Viue diu, mi frater, memorq́; [illegible] noſtri,
Viue memor noſtri, viue valeq́; diu.

Heinrich Albrecht Monſinger/
von Sambach.

Digitized by Google

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

SYLVARVM LIBER I.

POLYPHEMVS AD GALATEAM.

CVR fugis noſtras Galatea voces?
Cur fugis noſtras [illegible]?
Huc age, [illegible] Galatea, Nereidum
Doridos progenies.
Nympha cur [illegible] Polyphemum ardens
Qui tuas [illegible] canit, inquietis
Lymphatus ac te cupit, eiulansq́;
Littus oberrat.
Cuius amplexus cupiens petensq́;
Ipſe ſucceſsis vocat Ætnæ flammis
Rupe de ſumma, celebremq́; [illegible] in-
Vitat amantem.
Ne meas ſpernas Galatea voces,

Ne mea trude teneri cicutas:
Te vocat quærit cupit, ardet Ætnæ
Gloria montis.
Mitis ô adsis Galatea: ab alta
Visa ardentem Polyphemon arce:
Non meis lusus deerunt tibi, nec
Gaudia in antris.
Antra ſunt viuo mihi nata ſaxo
Rupibus, queis nec medio ſub æſtu
Sentio ſolis radios, niues nec
Tempore Brumæ.
Sunt mihi flexis rubicunda ramis
Poma, quæ ſeruo tibi nymfa ſoli:
Sunt graues, prunis ſimiles & auro
Vitibus vuæ.
Fraga nec deſunt viridi ſub albo
Mora, nigranti neq; prima ſucco
Turgida, hæc velis tibi (ades) lubens
Singula dono.
Coniuge hic me pro habito fruens:
Mollibus carpes manibus rubellas:
Quaslibet fructu tibi prominenti
Struxit arbos.

Nec

Digitized by Google

Nec tibi deerit pecus hic & illic
Mille per quercêta ſues vagantur,
Multa ſub denſis ouium latebris
Agmina degunt.
Mille quin vaccæ mihi ſunt in antris,
Tunq; Lyſcium ſtabulantur hœdi:
Et pater biſron gregis, & ingens
Cœtus equarum.
En tibi pictis maculis capellæ
Mille ſeruantur ſtabulis, bicornis
Ille ſeruaturq; aries, niueus qui
Vellere [illegible]
Taurus & neruo [illegible] albo
Terga ceſt [illegible] (nimium reſertum)
Qualibet [illegible] refecta
[illegible] paſtor.
Nympha [illegible] Polyphemon illum?
[illegible] centum coëunt capellæ,
E[illegible] cuius rutilante auenam
Ætna ſtupeſcit.
Et ſub vmbroſa tibi candidaq;
Et niues ſeruo Galateæ [illegible]
[illegible] latebræ: hinc amator
Dirige greſſus.

Ipſe te doctâ reſonabo avenâ,
Et tuis textam cumulo corollam:
Ipſa cantabis, virides ſtupeſcant
Verba Napææ.
Huc ades: plenis tibi fundit ambo
Pocula album roſeumq; nectar:
Vitis hoc nobis parit: huc amatos
Dirige greſſus.
Eſt acetoſi mihi magna lactis
Copia, eſt & lac mihi dulce, nec non
Eſt cavernoſa [illegible] recenſq;
Caſeus arcâ.
Nympha cur ſpernis Polyphemon? illum
Maternum cuius rogat Ætna amorem:
Cuius aſpectu tacitos ſub antro
Excitor ignes.
O ades mollis Galatæa, & vdos
Linquito fluctus, mea viſitato
Antra, ades mecum viridi parans in
Monte choreas.
Gaudium haud parvum tibi, nec minuta
Dona contingent: pharetramq; & arcum
(Quo leues damas ferias caprasq;)
Hic tibi ſeruo.

Eſt & excellens niueo colore
Pardalis hircus mihi, quod notauit
Colla ſerto cæruleo: & illud
Hic tibi ſeruo.
Nympha cur ſpernis Polyphemon illum
Naiades quem cupiunt amantq;
Fiſtulam, quem nec grege paſtor ullus
Vincit opimo.
Dulcis ò adſis Galatea, noſtraque
Sperne nec munus, miſeris faueto
Queſtibus, flauum caput e virenti
Exere Ponto.
Ipſe me nuper Galat[illegible]
Non mihi in[illegible] facies, [illegible]
Lacte inſpexi [illegible] placuitq; ab antro
Forma videnti.
Ipſe ſum qualis videor, quod inſit
[illegible] mihi cedit altero
[illegible] Antæus, mihi cedit amplo
Robore Brontes.
Ecce o ſperno ſuperum cateruam
Nec Iouis fulmen metuo triſulcum:
[illegible] Orcus [illegible]
Numina Ponti.

Sola tu noſtrum, Galatea, pectus
Mitigas, ſolam colo te, peloq;
Sæuior flammis tua mi coercet
Fulminis ira.
Num ſat tu ſpernis Polyphemon illum
Quem feri fluctus pelagi tremiſcunt:
Quem maris numen tremit omne, & imo
Monſtra profundo.
Non quod impexis mihi barba villis;
Non quod hirſutis mihi membra ſetis,
Turpe vel ſordidum eſt: placet arbor hirta
Frondibus horrens.
Vt iubæ collum decorant equorum:
Vt decent plumæ volucres, & agnos
Lana commendat: mihi ſic decora eſt
Hiſpida barba.
Fronte ſit lumen medio, niteſcat
Inſtar ingentis clypei: quid illud?
Vnicus numquid micat igne alti
Phœbus Olympi.
Vnico hoc vrſos fugo, & hoc leones
Terreo, hoc vno tigrides feramq;
Aſſiduam pello ſobolem & latentes
Gurgite Phocas.

Si vagor ſylvis ſupero cacumen
Arborum: ſicca penetrare coxa
Nec minus poſſum fere verticoſi
Marmora ponti.
Ardua en fortem mihi præbet haſtam
Pinus, hanc vibro quoties, tremendus
Aufugit Caurus, ſua condit antris
Membra Geraſtes.
Ipſe dum clamo, vigilans Pelori
Intremit vertex, tremit unda & aër:
Et latet Triton, ſtupefacti & imis
Naides undis.
Pinifer vocem Veſulus tremendam
[illegible] gelidi remiſit
Eurus, herboſus Gale, & unda cani
Rauca Timaui.
Nympha cur ſpernis Polyphemon? illum
Cui mare aut tellus ſimilem, vel æter
Neminem genit, neq; fulminantis
Regia cœli.
Parma ut in ſylvis ſuperat fruteta
Pinus attollens caput, ut myricas
Æſculus, ſic & celebres inter omnes
Corpore præſto.

Able

Adde & hoc nostras Galatea sedes,
Quod meus semper genitor gubernet,
Hic tibi fiet socer: ô superbos
Abiice fastus.
Et leua ardentem Polyphemum, ipsa
Cuius ardores neq; sedat vnda,
Nec merum, nec lac leuat. ô superbos
Abiice fastus.
Accipe optatis Polyphemum vlnis,
Quem cauernosae latebrae vel antra
Montium vix iam capiunt. superbos
Abiice fastus.
Et tege ingentem cupidis Cyclopem
Brachiis: vmbra, aut nemorum comosum
Culmen, ah, quem vix tegit: ô superbos
Abiice fastus.
Porge & os forti Polyphemo amatum,
Suaue & dona facilis: sed eheu
Ridet immitis Galatea & vrbem
Spernit amantem.
Nunc ego incassum queror, audire
[illegible] mea verba montes
[illegible] Libycae querentem
Tractus arenam.

Auſonium litus genuerant Pachyni &
Verticem queſtus, caput & Pelori.
Adamanta tu nec prece, nec querela
Sana moveris.
Ranca te durum genuit Malea:
Ubera infelix dedit ôdia Syrtis.
Sedis et cunctis necis una multis
Cauſa Charybdis.
Corde num geſtas adamanta durum?
Quo fugis? quo te rapit ardor? o lux
Una & ardentis requies amoris,
Parce furenti.
Spernis amplexum Galatea Cyclops:
Spernis [illegible] Polyphemi amorem:
[illegible] ſurda Galatea crebras
Aure querelas.
Ocyor miſſa fugis ut ſagitta:
Ocyor cervo fugis [illegible]:
Ocyor ventis fugis & ſub alis
Mergitur antris.

POLY-

POLYPHEMI A GALATEA SPRETI QVESTVS.

VIte ad queſtus ades alo noſtros,
Ætna ab ignitis vlula cauernis:
Cauæ nunc mecum reboate longos
Littora planctus.

Gutture hinc ſuaui volucres abeſte:
At ſonent triſtes vlula querelas:
Qui Cyclops ingens fui ante, nunc eſt
Vmbra Cyclopum.

Spreuit, (heu) blandum modulamen, alta
Rupe quod fudi toties, ſuperba
Nereis: ſpreuit Polyphemon Ætna
Montis honorem.

Nunc vbi degit Polyphemus ille?
Cuius argutam Dryades ſtupebant
Fiſtulam, ad cuius virides ruebant
Verba Napææ.

Fiſtula hæc olim reſonante curſum
Vnda ſiſtebat vaga flexuoſum:
Fiſtula hæc olim nemus & ſonora
Saxa trahebat.

Sæ

Seu cauernoſis cecini ſub antris,
Rupe vel ſudi iuga prominente
Carmina, aut blandis modulis recentem
Littore luſi.

Venit ad cantum (mora nulla) ſplendens
Turba Syrenum, ſibi pectine vdos
Carmine ad crines, ſpeculum & propinquâ
Rupe reponens.

Ilicet flauum caput erigentes
Naides feſtas choreas parauunt:
Buccinâ lætus reſonauit vdo
Littore Triton.

Audiere altæ nemorum Paludes,
Ipſa in algoſis Tiburtis vndis
Sponte ſaltauit, quoq; flexuoſo à
Littore rana.

Ad meam muſam venere lucis
Barbitum, capræ, teneræq; hirci
Et ſtupens denſis ſiluit ſub vmbris
Turba volucrum.

Ad meos luſit calamos Thalia:
Ad meos luſit modulos Pheruſa:
Ad meas vdas ſaliit per algas
Flaua Ligeia.

Ad meas ſuauem Pholoë cicutas,
Ad meas mollis Cyane camœnas
Plauſit: o quantum mea glauca amauit
Carmina Pytho?
Lyſis ad noſtram choreas auenam
Duxit, ad noſtros numeros Hyera
Luſit, huc raucas Arethuſa flexit
Cærula lymfas.
Nunc vbi degit Polyphemus ille?
Mille quem tauri, tot oues & hœdi
Mille quem capræ, totidemq; vaccæ
Monte ſequuntur.
Virq́; laſciuus gregis, alba cuius
Vellera extollit Cyane, manuq́;
Mulcet, & pictis ſinuoſa cingit
Cornua ſertis.
Ardet en noſtram Lalage ſtaturam:
Laudat en hirtas Lilibæa ſetas:
Vnicum (frontis decus) ardet Opis
Candida lumen.
Naiades tot me cupiunt, ab imo
Amne ſuſpirant toties: at (eheu)
Riſibus me me Galatea temnit
Sola ſuperbis.

Aen

Acin (heu) demens amat (heu) cynædum
Maximo præfert mihi, rumpor, eheu
Acin amplexu fouet: heu, furor me
Vincit & ira.
Exigam pœnas ab vtroq;, iamiam
Parte ſaxoſæ peto rupis ambos:
Acis en ſaxo premitur, luitq́;
Pondere pœnas.
Fontis en inſtar fluit: heus per vdas
Aufugis turpis Galatea arenas?
Peßimum nunquam fera, iam fouebis
Acin in vlnis.
Torua nunc triſtes iterat querelas,
Obrutus ſaxo iacit Acis: en hæc
Sit tibi faſtus, Galatea demens,
Pœna ſuperbi.
Nunc io fidi comites iuuenci,
Et gregis bifrons pater, hic adeſte:
Nunc oues mecum faciles amatas
Viſite rupes.
Currat informis Galatea, currat
Dedecus fontis lubrici, lutoſis
Crinibus ſordet, tetricis papillis,
Denteq́; nigro.

Nereis ſordet mihi: io capella
Curua vos mecum repetatis antra:
En petit nutu Polyphemon Ætna
Dulcis amantem.

Ecce diſponit croceos capillos:
Ætna ſuccenſis micat en caminis:
En & amplexus Polyphemo amanti
Porrigit Ætna.

O natatricum decus Ætna ſalue
Naiadum, magno labra perge amanti:
Te colam: turpis maneat lutosâ
Nereis vndâ.

IN NATALEM ANDREAE A VVVSTENHOFEN.

GAudia en imus noua fert Nouember,
Fronte natalis niueâ refulgens
Imminet, lætos age dic ſodali
Barbite cantus.

I tenebroſum querulis ſub Orcum
Verſibus Muſa, at lepidè ſonantes
Proferas verſus: homines querentes
Triſtia cantent.

Hic puellares vigeant choreæ:
Hic ſuſurrantes ſtrepitent cachinni:
Hic lyræ cantus volitent ſonoræ,
Delitiæq́;.
Tu ſed Andrea, modo verberare
Ictibus cellam iubeas miniſtrum
Lydiæ, pocla & ſtatuat liquore
Plena Falerni.
En vireſcentes choreas per herbas
Suauis exercet Dryadum caterua:
En ferunt plenis benè olentibuſq́;
Serta caniſtris.
Adferunt myrtos tibi Cynnamumq́;
Veris & flores: viridi capillum
Fronte vincturæ ſaliunt citatæ à
Monte Napææ.
Pan ſtupet dumis latitans choreas:
Concinunt doctis Satyri cicutis:
Ipſe miratur noua virginumq́;
Gaudia paſtor.
Dum ſub vmbroſis canit æſculetis
Arbor & ventis agitata ſomnum
Murmure inuitat, crepitantibuſq́;
Lympha lapillis:

Ecce paſcentes ſaliunt capellæ
Panis ad cantum, nemus & ſuſurris
Nomen Andreæ ſonat, & loquaces
Fontibus vndæ.
En tua molli digito corollam
Texuit felix Cytherea fronti
Neſciens dixit puer: ecquis illam
Mater, habebit?
Illa ait: nate i celeri volatu,
Tectaq; Andreæ pete, da corollam
Nam pede hic ſemper mea prurienti
Caſtra ſequetur.
Cum ſibi ſic te Venus alligârit,
Dulcis Andrea, ſequar ipſe diuam, &
Aureis ſueto tua membra filis
More ligabo.
Quæ nec Alcides vehemens, nec Hector
Dardanus ſoluet, neq; bellicoſus
Mars, ſed impleti cyathi fluentis
Munere Bacchi.
Dum ſodales concelebrent bibaci
Gutture hanc lucem, cytharæ ſonentq;
Nudulis donec redit ad cubile
Cynthia mammis.

DE LABRIS AMICAE.

Mella alii quærant ſpumantia dulcis Hymetti:
Quærant rorantes, quos parit Hybla, fauos.
Mi labra mel ſtillant dominæ prædulce, tuoſq́ id
Hybla fauos vincit, vincit Hymette tuos.

DE ADONIDE MORTVO.

Cypria dum gemitus morientis Adonidos alma
Audiit argutos, vocemq́ agnouit, olores
Flexit eò, viditq́ ſolo tremebunda iacere
Membra, & cum proprio verſantem ſanguine corpus.
Deſiliit, lacrymiſq́ genæ maduere venuſtæ,
Flauenteſq́ comas rupit, manibuſq́ papillas
Percuſſit niueis. eheu crudelia fata!
Dixit, & ante pedes poſiti modò corpus amici
Quaſſans pallidulis infixit baſia labris,
Atq́ vlulans planxit: plangenti conſonat amne
Lymfa, Dionææ plangunt ad verba puellæ,
Et lugens myrtus lacrymis manantibus humet.

Jam reſonant colles, carum iam reddit Adonin
Sylua, per intonſos reſonant lugubria montes.
Verba cauiſq́; ſonat reflexa è vallibus Echo.
Pennati circum pueri, mœſtuſq́; Cupido
Luxerunt, lacrymis pueriliaq́; ora nigrarunt.
Cum verò nullis reuocari Cypris Adonin
Poſſe modis ſenſit, tunc ô pulcerrime, dixit
Tune iaces percuſſus apri miſer immanſueti
Dentibus? hic ſceleratus aper non hoc ſine pœna
Fecerit immensâ, haud morieris inultus Adoni.
Dixit, & aligeros adducere iuſsit amores
Setigerum dirumq́; pecus, cauſamq́; doloris.
Efficiunt pueri iuſſum Cythereæ & opacas
Perluſtrant nemorũ latebras & aprum quærendo
Huc illuc currunt tandem capiuntq́; parantq́;
Iratæ Cythereæ adducere: funibus alter
Hunc ligat iniectis, alter procedere pellens
A tergo pharetrâ ſtimuliſq́; micantibus inſtat.
Ibat enim tardè metuens Cythereidis iram.
Illa feram aſpiciens, ô peſsime, dixit aprorum,
Quæ nã te mala mens vrſit? furor ecquis adegit
Te cæcus noſtri diſcindere Adonidis inguen
Candidulum nimium violento dente, feroq́;

Ore? Nec hoc facinus (mihi crede) manebit inultū:
Non impunè feres, ſed pręmia digna furoris
Peſsime iam ſoluam tibi, peſsima pręmia ſoluam.
Tunc ſupplex aper, ô Venus aurea, dixit Adonin
Per tènerum iuro tibi, perq; hæc vincula, amores
Perq; tuos, qui me miſerum duxêre ligatum
Ante tuam faciem: me non voluiſſe ferire
Dentibus hunc iuuenē vel eum conſumere morſu.
Sed veluti ſtatuam, manibus ſiue arte politum
Artificis, miſer inſpexi, Venus alma, puellum:
Vnde & molliculi mihi ſuccreuere calores,
Meq; tui facula nati torsêre medullas
Internis, nec amor requieuit, vt inguina poſthac
Luminibus aſpexi iuuenis nudataq; membra:
Sed magis & magis hinc furiata eſt dira libido
Impulit aureolis me baſia figere membris
Formoſi iuuenis: ſic non mens ſæua nocendi
Mi fuit, at iuuenis me forma venuſta coëgit.
Quare à te veniam peto ſupplex, alma Dione,
Actus amore tui iuuenis, qui ſemper amanti
Sedulus inſidias nocituro corde ſtruebat.
Quin hos accipito, Venus alma, tuiq; meiq;
Autores iuuenis damni mortiſq; molares

Erue quà lubet, arbitrio punire ſceleſtos
Hoſce tuo poteris: quid enim modò geſto nociuos
Amplius hos dentes, truculentos vulnificoſq́:
Si non ſufficient illi tibi, Cypri benigna,
Dentes, caſtiganda etiam mea ſume labella.
Mota Venus dictis extemplo vincla roganti
Firma pharetratos diſſoluere iuſſit amores.
Mox reſolutus aper iungi conſueuit vbiq́
Cyprigenæ lateri comitari & fidus euntem.

DE PLVMA SPONSI CVIVSDAM GILVA.

NVnc ô, quæ virides ſacroſq́ ſaltus
Parnaſſi colitis, adeſte Nymphæ.
Adeſte & celebrem mihi lubentes
Phœbi porgite fiſtulam, decenteſq́
Inſpirate meis ſales Camœnis:
Dum plumam Harpocratis cano ſecundi:
Perrarum cano dum decus galeri.
Non credo ſimilem huic vel Hectorem, vel
Criſtatum galea tuliſſe Achillem.
O plumam celebrem, nimis micantem,
Gazis diuitiiſq́ præferendam.

Non ſine omine conſtat hanc amaſſe
Abſq; nec ratione eam tuliſſe
Sponſum: nil placuiſſet abſq; pluma
Hac ſponſæ nimium ſuperbienti.
En hæc ut volitat leui ſuſurro,
Acutoq́; ſuperbit in galero.
O nunc purpureæ hinc abite plumæ:
O nunc flammeolæ hinc abite plumæ:
O & multicoloribus capillis
Quæ ſplendeſcitis, hinc abite plumæ:
O flauæ, ô niueæ nigraq́; plumæ:
Hinc diſcedite: vos nihil moramur:
Vos nil Harpocrates moratur omnes.
Hæc giluo ſuperat colore plumas,
Hæc pluma [illegible] cineres colore vincit:
O & vos triplices abite plumæ,
O & quadruplices abite plumæ,
Nil vos Harpocrates moratur: hæc hæc
Sit ſimplex licet, attamen celebri
Præcellit reliquas colore plumas,
Plumas centuplices honore vincit,
Huic ætas, grauitas, decus, valorq́;
Ineſt: hanc Satyri leues, ſacriq;

Hanc Hamadryades ſtupent, bicornis
Pan iurat, ſimili decore nullam
Se vidiſſe prius, ſuperbiorem
Nullo in pileolo volare plumam.
Felicem ô nimium, quater beatum
Sponſum, tam rutilam tuliſſe plumam
Cui contigit: hanc decet ſonorâ
Decantare chely Lini Orpheiúe,
Cantu aut Steſichori, lyráue Pollæ.
Pulcrum ô pileolum & ô venuſtum
Ornatum inſolito nitore plumæ.
Hæc pluma, hæc potis eſt puellularum
Pectora attrahere, hæc ſuo impetrauit.
Ingenti domino nitore ſponſam.
Ætate hæc ſuperat decente quotquot
Plumas orbis habet: quod & comarum
Teſtatur color: vt ferunt poëtæ
In cauda fuit illa Strutionis,
Quem natante Noach recepit arcâ
Olim diluuio vigente mundi.
O quanto fouet hanc amore ſponſus!
O hanc quam benè ſeruat atq; honorat!
Teſtis pileus eſt, tuliſſe nunquam

Hanc ſponſum, niſi cum fuit profectus
Ad caram inſolito decore ſponſam.
Vrge hoc propoſitum: benè hanc reſerua
Plumam ſplendidulam venuſtulamq́;
Ne ſit cotidiana, ſponſe, cura:
Aut totum decus eius interibit.
Nunc ſalue inſolitum iubar galeri,
Plumarum decus ô perenne ſalue:
Dii faxint ſuperes Sibyllæ vt anum,
Ornando decus hoc bonum, nitorem
Et ſeri videant tuum nepotes.

VNDE PAN PRIMVM CORNVA ET PEDES HIRCINOS acceperit.

PANA ferunt olim facie nituiſſe venuſta,
Et forma reliquos exuperaſſe Deos.
Pana Deum Dryades adamarunt, Pana Napææ
Arſerunt vitreis ſemideæq́; vadis.
Cum Nymfis viridi choreas iterauit in herba:
Et cecinit lætos barbitus acta modos.

Pro lubitu luſit, iunxerunt ſuauia Nymfæ:
Tutus & in mediis luxuriauit aquis.
Sæpe ait: inſultans Diis: me felicior ecquis?
Æmula ſunt ſorti numina nulla meæ.
Ardent me Dryades, àrdet me ſuauis Oréas
Meq́ natans nutu Nais in amne petit.
Forma & ſortè Deos vinco: felicia blandis
Tempora nam mixtus ſemideabus ago.
Tango lyrā, pulcræ norunt mea carmina Nymfæ:
Et venit ad modulos turba citata meos.
Baſia do Nymfis, mammas quoq́ tracto, negantur
Et mihi de molli gaudia nulla ſinu.
Sæpius hæc cecinit, ſuperum ſpreuitq́ cohortes,
Degere cum Nymfis nec ſatis eſſe ratus.
Confidit formæ nimiumq́ ſuperbia creuit:
Et iaculatricem tentat amare Deam.
Fortè per vmbroſos medio ſub ſole, receſſus
Vrget anhelantem Cynthia dira feram.
Jlla ſed immenſo Phœbi defeſſa calore
Ardet aquas telis iam ruitura Dea.
Jnſequitur, ſternitq́ feram Dea, protinus arcum
Mandat gramineis & ſua tela locis.

Expectat ſocias, iam per ſyluas quærebant
Quæ greſſu Dominam non remorante ſuam.
Fons ibi purus erat vitreis pellucidus vndis,
Arbore obumbratus populeiſq́; comis
Exuit hic tunicam, picturatoſq́; cothurnos,
Et dat limpidulis membra lauanda vadis.
Nam grauis æſtꝰ erat: poſt frigora carpit in vmbra
Sub tiliæ ſternens corpora laſſa comas.
Grata fatigatos requies mox clauſit ocellos,
Ex roſeis efflat ambroſiamq́; labris.
Hæc Pan aſpexit recubans ſtupuitq́; ſub alta
Arbore peltatæ captus amore Deæ.
Formoſas ſecum mammas vultuſq́; volutat
Surillaſq́; albas, candiduloſq́; pedes.
Nec mora conſurgit: nimiaq́; cupidine flammans
Membra, ait hæc formæ ſunt ſatis apta meæ.
Spem putat eſſe ratam: pauidus per gramina repit,
Atq́; trahit timidum pectus aduſq́; genu.
O Pan, ô formæ nimium confidis amator,
Haud ideo ſimilis ſemideabus eris.
Iam tetigiſſe ferunt loca non tangenda: ſopore
Mox clamat ſocias excita Diua ſuas.

Accurrũt Nymphæ: Pan aufugit, at Dea rurſum
Pana vocans, præſto eſt iam tibi pœna, refert.
Terq́; vocat patrem: o auſus punito ſceleſtos,
Care parens, natæ ſit tibi cura tua.
Juppiter exaudit natam, tria fulmina mittit,
Magnaq́; conatum Pana per ora notat.
Tota rubet facies, ſolitæ mutantur & aures:
Et procul à membris priſtina forma fugit.
Vertice conſurgunt ſubitò duo cornua: ſetas
Accipiunt coxæ: corporis horror adeſt.
Suræ euaneſcunt, curuataq́; crura reſurgunt,
Atq; pedes, quales vir gregis hircus habet.
Sic abit infelix mutato corpore: ridet
Pana pharetratæ tota caterua Deæ.
Aufùgiunt Nymfæ Dryades, fugiuntq́; Napeæ:
Occulit & flauum Nais in amne caput.
Pan ſolas ſerpit miſer, ah, pudibundus ad vmbras:
Effluxit cunctis ſemideabus amor.
Jnſequi adhuc Nymfas tamẽ haud omittit, vt antè,
Ardor eum (quamuis ſit metuendus) agit.

SIGIS-

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

SYLVARVM LIBER II.

In natalem parentis.

SI Dædaleis niterer artibus:
Aut in ſonoram verterer alitem,
Meosq́ molles naſcerentur
Per digitos humerosq́ plumæ.

Tunc æthra tranans ſumma volatibus
Scrutarer vmbras Pieridum ſacras:
Phœbi & latebras viſitarem,
Et virides Heliconis herbas

Decerperem, ornaturus idoneo
Comas amictu: dum patris optimi
Lucem cano natiuitatis,
Quæ valido pede iam refulſit.

[illegible] pede candido
Lux candido signanda lapillo:
[illegible] Phoebe alumno [illegible]
[illegible]
Cantabimus [illegible]
Cui digna doctum tempora laurea
Cingere fronde [illegible]
Nubiferas penetravit Alpes.
Quem N[illegible], quem [illegible] Arar:
Quem [illegible] Sequanae
[illegible]
[illegible] Sicambri:
Quem [illegible] ad Italos:
Quem novit Ister, quem Ligures stupent:
[illegible]
[illegible] & Rhodanus [illegible]
Quem [illegible] Druidis
Gl[illegible] quem stupuit Thetis;
Cuius lyram [illegible]
[illegible]
Cui Grati[illegible], cui [illegible]
[illegible] :
[illegible]
[illegible] Ac [illegible]

Hanc ſi profundis ſtemmate naufragam
Vidiſſet olim Delphin Arionem,
Dorſo vagantem Nerei tuliſſet
Per [illegible] undas.
Hanc cum [illegible] formoſam
Apollo cantu, [illegible]
[illegible]
Pœniteat ſeruiſſe plectrum.
Longum [illegible] Hymen [illegible]
Illam dies felicitate impleat
Vtriſq; fortuna ſecunda
[illegible] Dynaſtarum.
[illegible]
[illegible] gramine [illegible]:
Herbaq; lucem ſentientes
Hanc poſitis [illegible] extollere.
En per [illegible] undiq;
Aues ſonora [illegible] garriunt:
[illegible] ſinus ſuſpiria
Et Zephyri [illegible]
Chloris repoſita iam corollas
Colligit, [illegible] tempora floridis,
[illegible]
[illegible]

En ingens [illegible] arbor [illegible]
Grandis [illegible] Boreæ ſolum
Frondes, & [illegible] opaco
In ſolis [illegible] paſſe ſolis.
Latior tot aliis arboribus ſimul
Commiſceant lætiſq; ſuſpendit
Teſtentur, hanc lauream colendam
Alcidem rediiſſe dextra.
Hic [illegible] viridantibus
Parnaſſus, ut [illegible]
Cephiſſus undis, [illegible]
Pegaſeo fontiumq; lymfa.
En hanc colunt [illegible] Hamadryas:
En hanc ſalaces Semideo comis
[illegible] cicutæ, [illegible]
Hac [illegible] Napææ.
En concinunt iam carmine fiſtula
Saltantq; paſtores, gregibus canam
Mirantibus ſuſtulit [illegible]
Muſicula Melibœus [illegible]
[illegible] circum, [illegible] conſonam,
[illegible] valles murmure [illegible],
Reſpondet Echo nomen [illegible]
Vocem Ioachimi, [illegible] Aa 2 Sum

Suauis per umbroſum iacentem [illegible]
Miratur artus Cynthius candidus
Paſtorum, & exornans capillum
More magis ſolito refulget.
Hac lux colenda eſt: iam pede libero
Pulſanda tellus: commodulantibus
Sunt fiſtulis [illegible] canendi,
Blanda licetq́, agitare plectra:
Heus, turba vatum [illegible] canentium
Iacta camenas, ſiue Pelaſgidis
Sapphus lyram, aut vates opaco
Quos [illegible] ſub Hæmo.
Hinc hinc [illegible]:
[illegible], quam [illegible]
Curas ſinatis: namq́ tales
Mittimus ad Stygias lacunas:
Lætamq́ mentem hac luce [illegible]:
Nec [illegible] oportet tangere [illegible]:
Nam feſta [illegible] pyro
Dedecus eſt [illegible].
Adeſte vincti Baſſaridis comas:
Afferte mella [illegible]
Silenus accedat [illegible]
Nullam [illegible] Hic

Hac cum hac tam corona [illegible]
Accede cinctus Bacche corymbifer:
Affer liquores Formiani,
Affer & [illegible] Falernum.
Seu confragoſus te tenet Iſmarus:
Seu Naxos aruis ſeu Thaſos inclyta:
Seu Tmolus: huc adſis citatus
Vitibus hoc decoreſq; feſtum.
O uos Deorum ſi qua receſſibus
Separet illic mollibus & herbidis
Colles, auena queis ſonantis
Virgineum Corydon Alexin.
Sonare fecit queis Amaryllida
Syluas cubans in gramine Tityrus.
Quem dulce carmen [illegible]
Tum canentis reſonare ſylua.
Sed tu parumper hoc tempore turbidas
Depone curas. Thura calentibus
Impone nunc aris focisq;.
Nunc Cyprii uigeant odores.
Grates agemus cœlitibus, ſimulq;
His corde toto ſollicitabimur
Vt ſemper Boni hunc benignis
Aſpicias iubeant redire.

Iam ſit ſatis luſiſſe ſonantibus
Plectro: puer feſſum modo barbitum
Suſpende, donec lux ſecunda
Hac videat celebranda feſta.

ALIVD.

C *[illegible] ſolito plus more vireſcere colles,*
Germina [illegible] Delphis [illegible].
Natalem voluit hac quia [illegible]
Bruma.
Tanta vireant noſtris gramina [illegible]

AD HENRICVM MEIBOMIVM P. LAVR.

E*Xultans mea Muſa, dum parentis*
Natalem cecinit diemq; feſtum,
Quo ſolet IOACHIMVS *alligari*
En vilem ſonitum atq; garrientem
Nervuli cytharæ dedere voces.
Illa talia ſentiens, ſeipſam
Nec plectro proprio videns valere,
Omnes reddere numeros ſonantes
[illegible] pede, dixit, [illegible]

Varia

Vatis Meibomii lares Thalia
Eius nam labra Gnoſios liquores
Stillant, & numeri fluorem Iacchi
Vincunt, his Cyprii Syriq́; odores
Cedunt, ambroſiaq; queis incoctæ
Permadent Cythereidis capilli.
Hanc, hanc ſuauiloquam rogabo amanter,
Vt neruos mihi pigre adhuc ſonantes
Corrigat, modulos venuſtiores
Quo reddant ſonitusq́; ſuauiores.
Hæc nam lux lepidos, honor, ſuaues
Requirit numeros, ſalesq; pulcros.
Quare Henrice, decusq́; honorq́; vatum,
Tua en viſito tecta, teq; Muſæ
Meæ nomine deprecor, Thaliam
Vt modo iubeas tuam, ſonantes
Mihi reddere neruulos, rudesq́;
Hos verſus ſalibus leporibusq;
Paulum tingere: tunc nec erubeſcet,
Nec verebitur elegantiorum
Virorum mea Muſa adire menſas.
Hoc te carmine ter quater valere,
[illegible] iubeo, mihi & roganti

Hæc ſi præſtiteris, meaq; Muſæ,
Omne tunc tibi defero viciſſim
Lubens officium, tuaſq; laudes
Opto viuere plurimos per annos.

IN NATALEM POLYCARPI LYSERI SS. THEOL. D.

Candida cur terra eſt? flocciſq; niualibus albet?
Cur ſe Syluanus veſtit barba niue?
Nempe vt magnificarent cæleſtia numina, frontis
Hunc proceſſurum candidiore diem.

ALIVD ENDECAS.

Excellens Polycarpe, tuus dies
Natalis mihi dum tuus refulſit
Vultior, quem mea Muſa neſcienter
Certè prætermiſiſſet abſq; cantu,
Heſterno [illegible]
Hoc fraterno mihi Muſa ob illud ipſum
Confeſtim erubuit, ſuperfuit num
Ab omni breue tempus, hunc canoris
Decantare diem die ad [illegible]
Plectro, atque tibi [illegible] felix, optat

Hic

Hęc lux flagitat, hęc nimis ſuaues
Poſcit verſiculos venuſtuloſq́;
Requirit Melici, Pelaſgidiſq́;
Hęc Sapphus citharam, lyramq́; Iopę,
Digna eſt carmine Phœbi, Arioniſq́;
Argutis concelebrarier Camœnis.
Iſtis deficientibus, breuiq́;
Temporis ſpacio citò auolante,
His ex tempore craßiore filo
Confeſtim numeris ligatus eſto;
Quos ęqui, rogo, conſulas boniq́;
Donec alite lux beata dextro
Hęc nobis redeat, venuſtiore
Plectro concelebranda: iam ſed altos
Imo è pectore cœlites precabor:
Vt ſinant pede candido colendam
Hanc lucem rutilare tot per annos,
Quot prægnans tepido volante vere
Floſculos parit herbulaſq́; tellus,
Quot floccos fera bruma fert niuales,
Quot ſpicas Cereris legunt coloni
Meßis tempore, quotq́; apes cacumen
Hymetti fouet & ferax Calydna,

Quot præſtat Thaſos & Paros racemis,
Quot horret mare murmurans procellis,
Quot Nymfæ Dryades agunt choreas,
Quot nectunt tenerâ manu corollas,
Cum ſyluæ agmine perſonant volucrum:
Tot felix redeant dies per annos.
Temporis ſpacio breui coacta
Nequit iam dare plura Muſa: te cum
Chara coniuge candidiſq́ alumnis
Commendo ſuperis: meæ camœnæ
Quo ſemper faueas petens: valeto.

LAVDES TVRRICVLAE PROPE VALLVM HELMOPOlitanum.

VOS Nymfæ ô Heliconides
Sacræ pegaſei fluminis accolæ
Vos Nymfæ precor hortulis
Parnaſsi ſacra per gramina mollibus
Degentes Aganippidos,
Vna dum vitreas dulciſonantibus
Mulcetis modulis aquas,
Decantate ſimul turriculam ſenis

Extructam ſtudio patris:
Quæ cum picta vigent tempora floridi
Veris, gaudia plurima
Præbet luminibus præbet & auribus:
Sæpè delitiis mihi
Pauliſper recreat ſaucia flammeis
Intus corda ſagittulis
Armati iuuenis Cyprigenâ ſati.
O turrem variis mihi
Promtam delitiis! ô mihi bellulam!
Picto hæc vertice promicans
Vicina eſt philomelæ viridantibus
Argutæ laribus, canit
Quæ vallo varia vocè: die procul
Decedente virentia
Splendeſcunt vitreis gramina guttulis,
Nec non peruariè fluunt
Gliſcentes ſcatebræ murmure blandulo.
Hic linguis modulantibus
Tranare aëra cerno volucres vagas,
Hic per prata columbulas
Gratas quærere ſæpe aſpicio dapes.

Hic ſyluana procul leui
Garrire aſpicio numina fiſtulâ
Et Nymfis choreas pede
Quercet o in viridi ducere candido,
Pars nectitq́ꝫ corollulas,
Pars cingit rutilis tempora floribus,
Hic vernis procul hortulis
Vertentes video rura puellulas,
Quæ cantu ſuperant aues,
Reſpondetq́ꝫ ſonans aura cachinnulis.
Hic cum lora caballulis
Feßis ſoluit Apollo rutilantia
Ranas amniculis procul
Buccis audio cantare loquacibus,
Nec non me recreat ſimul
Agreſti modulans carmina barbito
Paſtor, dum ſaturas canens
Ad conſueta greges pellit ouilia.
Tunc turrem mihi bellulam
Nymfarum & ſimilem dico receßibus.
Tunc ex pectore ſic loquor
Suſpirans toties: ſi mihi Deliam

Cypris iungeret aurea
Hic hic fata lubens vltima clauderem.

PRECATIO AD DEVM VT PLVVIAM SISTAT.

Quid tandem pluuiis mundi ſator alme, minaris?
Quod tandem madidi temporis omen erit?
Frigore cum ſoleat concreſcere terra, ſonoro
Æthere proſiliens murmure lymfa fluit.
Quid tandem? nobis iterum, pater optime, dextra
Deucalionæas num tua mittet aquas?
Nubibus, heu, latitans Phœbus ſua lumina mundo
Denegat, vmbroſis luna meritq́; rotis.
Non audet volucrum prodire exterrita turba
Nidis, nec ſolito quærere more dapes.
Terra gemit pluuiis diris perfuſa, gemitq́;
Anxia ſub madido rure ſepulta Ceres.
Parce pater, pluuias depellito, lubricus aër
Hic ne peſtiferam ſpargat ab axe luem.
Cernere nam videor volitare vlulaſq́; ſtrygeſq́;
Horrendo & querulos ore ciêre modos.

Parce precor, pater, & dona tua membra beato
Aëre, ſic iterum carmina grata dabunt.

IN NATALEM PARENTIS.

EN nobis iterum ſacer parentis
Natalis celebrandus eſt: valete
Curæ peruigiles, valete vitæ
Curæ pernicies, recedat omnis
Luctus, triſtitiæ, metus valeto.
O lucem mihi ter quater beatam:
Beatam mihi candidamq́; lucem:
Hanc læti celebrabimus, Tonantemq́;
Hæc ſæpe vt redeat ſimul petemus.
Nunc halent Zephyri ſalubriores,
Nunc auræ volitent beatiores,
Sint ſuaues Zephyri, ſerenus aër,
Cantent gutture ſuauius volucres,
More & plus ſolito vireſcat arbor,
More & plus ſolito nemus niteſcat,
Iam iam flumina ſuauiter ſuſurrent,
Et fontes modò molliter cachinnent.
Adſint gaudia, liuidi recedant,
Quorum peſſima lingua fundit atrum

Virus, qui inuidiâ ſuâ liqueſcunt,
Queîs pallor gelidus colorat ora,
Queîs artus macies vorans renudat:
Non illis cibus, aut liquor Lyæi
Prodeſt, nec ſacra ſi miniſtret Hebe.
Ipſe vel Phrygius puer merum det.
Hi lugent patris inuidentq́ ſorti,
Atq́ eius potius rediſſe nunquam
Natalem cuperent: ſed hi recedant
Et rixæ ſimul & mali tumultus.
Adſint lætitiæ facetiæq́,
Adſint faſciculi ſimul iocorum.
Huc vdus veniat pater Lyæus,
Subnectens viridi comas corymbo,
Et cingens hedera caput ſequaci,
Ac vuas cyatho ferens rubentes.
Cantent hic Charites, choroſq́ ducant.
Accedat Dryadum nitens caterua,
Accedant nemorum Dei ſalaces,
Adſint cornua, conſonent cicutæ,
Colludant Satyri, leuis caterua
Nymfarumq́ iteret, leues choreas,
Flores dulciculis ferens caniſtris

Et ſerta aureolis gerens capillis,
Dulces interea ſonent cachinni,
Accedant ſimul & nouem ſorores,
Auratis veniatq́; Apollo plectris,
Parnaſsi nitidas ferens bicornis
Herbas & celebres comas alumni
Ornent, tempora floribuſq́; cingant.
I nunc muſtiferas, puer, Lyæi
Cellas percute, ſuſcita Lyæum,
Huc huc vt veniat, ſimul quietem
Secum blandidulum feratq́; ſomnum:
Baccheium fluat hinc & inde nectar.
Adſit copia Cretici liquoris,
Nec non indomiti ſapor Falerni,
Et quæ Bacchica gignit alma Lesbos.
Certent Cæcuba poculis Calenis:
Certent Gnoſia Maſsicis racemis,
Adſint Setia quoſq́; clara ſuccos
Profert & Thaſiæ Chiæq́; vites:
Adſint quæ iuga portitant Timoli
Quæ colles pariuntq́; Formiani.
Hæ ſunt delitiæ patris Lyæi,
His lucem celebrabimus, ſapore

Hoc Bacchus pater excitat ſoporem.
Huc fer floricomas, puer, corollas,
Affer Lampſacidiſq́; opes Priapi,
Impone & violas roſaſq́; menſis
Reſpergens Syrio domum liquore,
Exorna quoq; ramulis feneſtras
Terris iniice belluloſq́; flores.
Non deſint cytharæ, lyræ, tubæq́;
Non deſint calami ſonoruſq́; pecten.
Optarem Thamyram lyramq́; Iopæ,
Et Amphiona, blandulamq; Sappho,
Optarem cytharam Orphei canoram.
Qui cantu volucres feraſq́; mouit,
Et lynces ſimul arboreſq́; traxit,
Methymnæus adeſſet hic Arion
Vellem, quem miſeratus eſt cadentem
Delphin, per tumidaſq́; vexit vndas.
Imple, heus, nunc cyathos, puer, Falerno
Tucetum patinaq; ſtet calenti
Lucem hanc ſidere fauſtulo colemus,
Atq; albis celebrabimus lapillis:
Vertemus cyathos, merumq́; læti
Labellis ſimul hauriemus vdis.

Donec

Donec è croceo thoro refulgens
Thaumantis tenebras fuget nigrantes,
Et lucem ſimul & diem reducat.

AD IOHANNEM ARNOLDI MAGISTRANDVM MVSIcum excellent.

QVò Iane, tali, quò ruis impetu?
Quis pellit ardor, quod iuga montium
Cliuoſa ſcandis? perq; dumos
Spiniferos ruis abſq; lege?
Te non acutis obſita rupibus
Terret via, aut vepreta minantia:
Obſtantes audax murmurantes
Nec pelagi metuis procellas.
Ardor ſophiæ ſcilicet inclyta
Te pellit, hæc te inuitat ocellulis
Blandis amantem ſauciumq;
Cor facibus cremat inquietis.
Hanc hanc amicam nil metuens petis:
Nam veri amoris flamma periculum
Nullum timet, nullas Charybdes
Nec metuit penetrare Syrtes.

Sed nonne amicæ iam veteris memor?
Extincta friget flamma? quid? auream
    Nunc Muſicam, flammas recentes
        Corde fouens Sophiæ, relinquis?
Nymphamnè ſpernis, quæ Stygios valet
Mouere cœtus? pectora Tygridum
    Quæ dura mulcet? ſuauitate
        Quæ lapides trahit, arboreſq́;
Motare cogit celſa cacumina?
Hanc linquis: haud linquis: ſcio priſtinas
    Manſiſſe flammas, igne flammans
        Cor alio licet vſtuletur.
Vtramq́; curas, nec tamen inuidet
Huic illa: verum qualibet alteram
    Colit fideli corde, caræ
        Teſtificans animum ſororis.
Sed nunquid incaſſum Sophiam colis?
Num vanè amas? quæ præmia deſtinat
    Sudoris, ardores corollis
        Suauioliſq́; tuos rependit?
Dant Nymphæ amicis ſerta aliæ ſuis
Floreſq́;: centum ſuauia porrigunt:
    Sed fallor: hæc maiora donat
        Præmia: perpetuos honores.

En obuiam ſaltat radiantibus
Fulgens ocellis: en diademate
Ornata flauentes capillos
Sidereum ſuperat nitorem.
En obuiam ſaltat, cupiens nouum
Amplecti amantem, iam precium tibi
Sudoris apportat, comaſq́;
Pileolo egregio coronat.
Hæc ſigna amoris. te merito nimis
Dico beatum, nunc etenim feras
Fruſtra penetraſti procellas,
Præmia dum capis hæc laboris.
Amator cuius mare per æquora
Tumultuoſis fluctibus obrutus
Dum quærit amplexus amicæ.
Cogitur, heu, mediis procellis
Finire flammas: Iane beatior
Tu viuus, amplexu Sophiæ tuæ
Centum capis, feſſos labellis
Blanda tibi recreauit artus.
Quis, dic, amicæ non cupiet lubens
Seruire tali pectore candido?
Quæ ſuauiis dulciſq́; amantem
Poſt varios recreat labores.

Non te laboris pœniteat tui,
Non læſa dumis membra nocentibus
Vnquam pigreſcant: altiorem
Sed ſtudeas tetigiſſe metam.
Acumen en reſtat: pede ſcandere
Conare fauſto tale & Apollini
Serui, tibi donec capillum
Purpureo decoret galero.

AD CHELYN PETITAM A CHILIANO STISSER.

ABI garrula nunc chelys, petita
I nunc ad veterem meum ſodalem
Exultans chelys & venuſtiorem
Da ſonum, propera ac eum ſaluta
Meo nomine plurimum: nec vngue
Te quando exagitat procaciori
Vllum des gemitum: ſed huic ſuſurrans
Orphei cytharæ melos canoræ
Profer mellifluo ſono triumphans.
Dic ipſum, Domini quoq; abſq; iuſſu
Non prius potuiſſe viſitare
Te primum, quia non domum reuertit

Hoc

Hoc hoc effice, terq́; ei quaterq́;
Arcanos renoua ſonans amores.

AD NOB. BARTOLDVM A GADENSTED, COGNATVM SVVM diſputantem.

VNA *mortales trahit haud voluptas:*
Otio vitam iuuat hunc amico
Degere, hunc blandis Cytherea flāmis
Leniter vrit.
Gloria hortatrix necis hunc ad aſtra
Tollit, hic artes magicas frequentat,
Ille ſe [illegible] ſuperum ſacratis
Dedicat aris.
Hic petens lucrum pelagus Britanni
Cernit, ad fuſcos volat alter Indos,
Hic mare ignotum Heſperiamq́; gaudet
Viſere Calpen.
Hic ſuà vires ſequitur ſagacis
Mente naturæ: ſtudiis & aſtu
Ille ſcrutatur nitidum micantis
Sydus Olympi.

Alter & doctas Helicone Nymphas
Ardet, intonſum celebratq́; Phœbum:
Innubæ glaucis foliiſq́; cingit
Tempora lauri.
At per immenſum pelagus natare
Te iuuat iuris, Themidis receſſus
Diſcere obſcuros varioſq́; legum
Soluere nodos.
Qualiter pictis ſpaciata campis
Virgo, quam vernans adamat iuuentus
Texit è ſolis violis corollas
Cætera linquens:
Artibus ſic te reliquis relictis
Iura delectant, celebrem & coronam
Conſequi Aſtrææ cupis, ô beatus
Talibus auſis.
Inde ſi pergis, tua fama cœlum
Tanget, & Pindi penetrabit alti
Culmen, excellens tua permanebit
Gloria in æuum.
Tum tibi Aſtræa & Themis alma flores
Colligent, thyrſum Cypriamq́; myrtum
Colligent calthas, violas, roſas al-
bumq́; liguſtrum.

Colligent flores hyacinthi & alba
Lilia, intactumq́ amaranthum, & inde
Serta contexent, tibi queis capillum &
Tempora cingent.
Nobili huic ventis igitur ſecundis
Chriſtus aſpiret ſtudio, frequentans
Jllud, vt fias patriæ tuiſq́
Lumen honorum.

AD ARNOLDVM DE REIGER DISPVTANTEM.

EN inter vigiles duos colonos,
Fœcundos tibi dum ſtudes parare
Fructus, [illegible]
Falcem tempore meſſis vt beatæ
Opimum ſegetis ſeces aceruum.
Hoc videns Themis, inquit, heus, colone
Vtere hoc vigilans labore, falcem
Hanc vt non hebetem, caue, relinquas:
Fœcundam ſegetem vigil ſecabis,
Et fructus capies beatiores.
Hæc illa: at Themidis ſacrum capeſſe
Juſſum, tum ſegetem ſecans beatam

Inter tot celebres viros micabis,
Splendorem reliquis dabis colonis,
Ignotis dabis vrbibus nitorem,
Tua & gloria viſitabit Alpes,
Niuoſam penetrans ſimul Pyrenen.

AD NOB. ADAMVM KRAVSEN.

TE ſuauiſsime Adame viſitarem
Vererer niſi, ne tibi ſoporem
Languidum excuterem, pater Lyæus
Imo pectore quem tibi excitauit,
Heſterna & peperêre nuptiarum
Forſan gaudia: cum reuiſis illa,
Et ſiccos calices, choroſq́ ducis,
Tum dulci mihi poculum propina
Plenum nectare, proximo tibi mox
Reſpondebitur à meo ſodali.
Tunc eſt fas tibi, tunc licet puellis
Alternis dare baſiationes.
Craſſo ſtamine paucula exarata,
Quæ vix ſunt theſibus tuis decori,
Ecce carmina mitto Adame, quæ iam
(Adhuc neſcio num tibi placebunt)

Per-

Perlegas peto, conſulas boniq́;
Andream mihi deinde iuniorem
Acrem & paſſeribus ſalaciorem
Saluta (officiis meis rependam hoc)
Dic ne tam nimia procacitate
Virginum (vt ſolet) oſculetur ora,
Eius nam nimiam procacitatem
Mirantur iuuenesq; fœminæq́;,
Miratur Venus & pater Lyæus
Hunc hunc vt valeat iube, valeq́;.

AD EVNDEM DISPVTANTEM.

EN, Cruſi, veteris Sophi
Bino ſecta acumine
Depicta tibi littera
Proponit ſpeciem viæ.
Spernit dextra ſiniſtram.
Eſt ſcabra via dextera
Saxis obſita, cærulis
Tramitem lacubus rigat
Dumis denſa minantibus
Spinisq; horret acutis.
Hæc eſt difficilis, per

Obſiſtens adeuntibus.
Non auræ Zephyritides
Hic volant, Boreas vago
Spirans turbine regnat.
Metam at quiſquis acuminis
Attingit, requiem capit:
Hic virtus reſidens ei
Donat optima præmia,
Summum & tradit honorem.
Quin & turba Heliconidum,
Crines, ſacra, corollulis
Cingit floridulis, ei
Fronde tempora laureâ
Ornat augur Apollo.
At via eſt leuis altera,
Herbulis viridantibus
Obſita, & beneolentibus
Fulgens vndiq; ramulis,
Nymbo & plena roſarum.
Hic pictæ volucres canunt,
Ridetq; vnda ſuſurrulis:
Hic ſaltant Satyri leues,
Hic ducunt Dryades choros
Propter fluminis vndã.

Hic auræ Zephyri volant,
Perſonantq́; cachinnuli:
Hic Bacchus ſedet aurea
Cinctus cornua vitibus,
Circumſtantq́; corymbi.
Huic formoſa Cupidine
Cum nato Venus adiacet,
Molles & venientibus
Donat blanda corollulas,
Et myrto caput ornat.
Hæc placet via plurimis
Virtutem fugientibus:
Tandem & dans mala præmia
Luxus, præcipites iners
Per ſaxa ardua voluit.
Hoc Adame ſciens, fugis
Læui gaudia tramitis.
Non te difficilis via
Imis nec minitantia
Terrent ſaxa lacunis.
Hunc ſudans ſtudio teris
Tramitem, valido lacus
Obſtantes penetras pede,

Altia

Almæ dum Themidos vigil
Diuinam colis aulam.
Hoc vrge ſtudium: vltimum
Tanges culminis & iugum.
Tunc virtus pretium tibi
Donabit, capiti tuo
Innectetq; coronam.
Bacchi delitias fuge,
Formoſæq; Cytheridis:
At Phœbo & Themidi ſacræ
Firmo pectore ſeruias,
Hinc lucrabere honorem.
Hinc ſurget tua gloria,
Sudoris tibi præmium
Donabit Themis aurea:
Hinc nomen populos tuum
Ignotos penetrabit.

AD NOB. RICHARDVM A BERLIPS COGNATVM SVVM diſputantem.

SIcut aratori ſegetum fit copia meſſis
Tempore, qui cultos vomere verſat agros.

Vtq́ breuis longum ſerpens formica per agmen
Æſtate in latebras fert noua farra cauas
Et cumulat victum cana ſibi docta ſub alno,
Præmiaq́ artificis digna laboris habet.
Sic quoq́ cùm occultos Themidis penetrare receſſus
Sudas, & laudes amplificare tuas.
Non deerunt quondam meriti tibi digna laboris
Præmia, conſtituit quæ Themis alma tibi.
Macte igitur virtute animi, fortuna benigne
Vela det & dubiis ſit tibi promta ratis.
Vt pergas ſtudiis incumbens hiſce, tuumq́
Laudibus exornes nobile ſtemmate bonis.

AD THESES NOB. ANDREÆ A VVVSTENHOFEN.

Tetraſtichon.

HÆc themata e celſi gemmato cardine cœli
Vidit, iuſtitiam quæ colit alma Themis.
Aſtræam vocitat, miransq́ hæc farier orſa eſt:
Hic iuuenis quondam gloria iuris erit.

AD

AD M. IOHANNEM PRVVERVM FRANCOFORT. DISPVTANTEM.

NVnc agis egregios iterum Pruuere labores
Queìs tibi vis blandam conciliare Themin.
Quæ cum conſpexit te per freta vaſta natantem
Juris, & hic noſter nauita, dixit, erit.
Laudibus eximiis colet hunc ſtudioſa iuuentus,
Monſtrantem iuris per vada cæca viam.
Fluctibus errantes quondam ſpumantibus huius
Oceani, ad portum dexteritate vehet.
Macte igitur Pruuere tuis virtutibus, imple
Quę tibi fatidico rettulit ore Themis.
Imple, haud incœptis deſiſte laboribus, adſit,
Sors bona, tunc Themidi fidus alumnus eris.
Tunc Pindum & celſi tranabit ſaxa Pelori
Laus tua, & ignotis cognita fiet aquis.

E C H O.

IN HONOREM THESIVM NOB. GEORGII A SCHVLENBVRG.

Nonne hic eſt iuuenis, mihi dic reſonabilis Echo
Nautam Aſtræa ſacrum quem ſibi querit. E. erit.
En collem ſcandit durum, ſtudiiſq; parauit
Aſsiduis Themidem flectere pronus: E. onus.
Pro grauibus cœptis quid ei mercedis? honores
Nempe eius creſcent, nî requierit? E. erit.
Recte ait: Aſtrææ fido qui iunctus amore eſt,
Illius ad ſydus gloria vadit. E. adit.
Dent ſuperi vt pergat: neq; enim fruſtra illa terentur
Tempora quæ ſtudiis ſunt onerata. E. rata.
Iam ſat: Nymfa vale: tortos hic ſoluere nodos
Perget & Aſtræam fidus amabit. E. abit.

AD THOMAM RAMVM LIVONVM DISPVTANTEM.

Dum ſudans variis Labyrinthi ambagibus erras,
Juris & arcanas diſcupis ire vias.
Te vidit Themis, & vigil vrge, ait, hunc ſudorem
O iuuenis, quondam Dædalus alter eris.

Ocyor euades Labyrinthi tecta volatu
Icario, haud auidis te mare fallet aquis.
Me duce tutus eris: tradet tibi præmia quondam
Sudor, & optatas accumulabit opes.

AD IOANNEM AVERBERG MINDENSEM DISPVTANTEM.

Agricola impreſſo qui iugera ſulcat aratro
Accumulat ſegetum tempore meſſis opes:
Tu vigil Aſtrææ, qui iugera lata ſagacis
Sulcas ingenii vomere, Iane, ſapis:
Nam ſic cum flauo pede tempora meſsis inibunt
Exiſtes vigili ditior agricola.

AD VVOLFGANGVM BENEDICTVM SCHIVERDECKER diſputantem.

Triptolemum Cereris fertur ſparſiſſe per orbem
Semina, frugiferis non caritura bonis.

Pinguia tu verò iuris dum iugera luſtras
Virtutis Themidos ſemine ſpargis agros.
En duplex creſcit ſemen: tu tempore meſſis
VVolfgange, vt capias illud & illud, age.

AD NOB. ANDREAM AB HOLT DISPVTANTEM.

Semina dum ſpargis Themidos per iugera vincis
Agricolam, fructus qui modò meſſe capit.
Hic felix: felix ſed tu mage: commoda namq;
Et brumæ & meſſis tempore ferre potes.

PROPEMPTICON NOB. ARNOLDI DE REIGER.

Ardea dum pluuias tempeſtatemq; feracem,
Siue ſuſurrantes ſentit adeſſe Notos,
Cauta cauas tentas nubes ſuperare volatu,
Tempeſtas corpus ne violare queat.
Non migrare cupit. Bruma nec tempore ſedem
Mutat, at in nido conditur arboreo.

Tu ſecus: haud etenim metuis (licet ardea vere
Sis nata) a ſummo quod volat axe, gelu,
Tempora cana parum curas, floccoſq́; niuales,
Nec plumis volucrum parcere more cupis.
Degener at linquis nidum, ignotamq́; volatu
Ad ſyluam cano ſub Ioue pandis iter.
Flet plumoſa cohors, quã nunc leo condit in vmbris
Orba gemit ſocia, proh dolor, Ardeolà.
Sed cur Iuliadum *celeberrima caſtra relinquis?*
Præſide nonne ſub hoc, Ardea, tuta volas?
Linquis luſtra leo, queis præſidet inclitus? imo
Cogeris: ex his te conſcia fata trahunt.
Fata trahunt, volucrumq́; trahit te turba, volatu
Sublimi te quas erudiiſſe decet.
Ito tuis auibus felici ſydere, faxit
Iuppiter, vt fauſte luſtra petita petas.
Queîs leo cum geminis regnans Aquilis ſublime
Præſidet, alitibus tuta ſit vmbra tuis.
Hoc cupiunt volucres, quas Iulia *ſylua ſub vmbris*
Protegit, hoc optant Accipitreſq́; *tibi.*
Aſt ea, quæ reliquæ volucres dulcedine linguæ
Donant, accipitres garrulitate canunt.

PRO-

SIGISMVNDI IVLII

PROPEMPTICON CVIVSDAM HELLVONIS.

Lvgete o iuuenes bibaciores,
Bacchi cotidie freto natantes.
Veſter nunc abiit bibax ſodalis,
Qui fidus coluit lares Lyæi
Vngens ingluuiem fluere grato.
Vos o mœſtiferæ dolete cellæ,
Bacchi delitiæ, dolete veſter
Cultor namq; abiit, bonoſq; vobis
Qui nummos numerare conſuerat,
Nunc vitra & calices ciete planctum
Largas fundite lacrymas: caretis,
Quos ſæpe euertere ſedulus ſolebat.
Paſſis hunc miſeræ comis dolete
Diſceſſum meretriculæ, leonis
Quas fauces roſei fauent teguntq́;
Quæq; habet mola ſcorta conſciaq́;
Rixarum filiæ procaciorum.
Lugete, modo ſæpius probatus
A vobis iuuenis procax receſſit,
Qui ter officium calore primo
Præſtare poterat, manus & à quo

Veſtræ munera ſæpius tulere.
Non vos attamen, improbi dolores
Conſumant penitus: licet receßit
Jlle non tamen improbos ſalaces
Abduxit reliquos ſimul: reliquit
Permultos, modò plurimiq́; reſtant,
Quos vix enumerare credo amores
Fœdos poſſe, cohors remanſit ingens.
Quæ ſemper titubans ſapore, turpem
Gulam vix meminit mero carentem.
Corda ô peßima peßimoſq́; mores!
O fœdos homines & impudicos!
Qui inter pocula talibus iocantur:
Scorta talia nam malæ cloacæ
Plutonis merito vocantur atri,
Cœnoſis ſimileſq́; ſunt latrinis,
Hoc ſuperueniente cedit ille,
Alternis vicibus mouentq́; rixas:
Hinc morbi veniunt nocentiores.
Hic ritus mihi non placebit vnquam:
Auerſor meretriculas: ſed vmbrâ
Me ſediſſe iuuat Lycori, tecum
Solum ſub viridi, iuuat loquaces

Audi-

Audiuiſſe ſuſurrulos ſcatentis
Riuuli, volucreſq; concinentes.
Tunc parare iocos iuuat, ſimulq;
Inter murmur & oſculationes
Contrectare papillulas tepentes,
Blandas vincere tunc iuuat iocoſæ
Garritu Cytheraidis volucres.
Tunc ſaltant Charites Venuſq; gaudet,
Tunc ridet pharetrâ Cupido verſâ.

AD HENRICVM MEIBOMIVM POET. LAVR.

Henrice Aonii chori ſacerdos,
Qui clues nitidam facemq; præfers
Patriæ celeberrimis poëtis,
Quem Phœbus pater & nouem ſorores
Infantem tenero ſinu fouebant,
Et cuius modulis fauos Hymetti
Stillant, ambroſiamq; cinnamumq;
Hæc ex tempore fabricata mitto.
Tibi carmina, ter rogans quaterq;
His addas puerilibus leporem,
Saleſq; adiicias venuſtiores,

Hoc hoc officium bonum atq; amicum,
Queîs cunq; id potero modis rependam.
Nec mirum tibi ſit, modo Thaliam
Quod ſim verſibus his tuam precatus:
Nam blandis iaciens faces ocellis
Sauos Vranie mihi calores
Infregit, modò me, iuuatq́; montis
Pymplæi viridantibus latebris
Frui, me modò frontium liquores
Scrutari Aonidum iuuat ſacrarum.
Vt quondam mihi lauream corollam
Donent Pierides paterq́; Apollo.
Ne ſperne hos (nihil amplius requiro)
Iocos & modò plurimum valeto

EPITHALAMIVM STEPHANI HOIERS ET ELISABETHAE

Heslinſij V. pudiciſſ.

FOrte vireſcenti Cypris latitabat in vmbrà
Solis vt ardentes radios vitaret, & aſtum,
Forma excellebat, reſoluti colla capilli
Lactea obumbrabant, roſeo volitabat ab ore
Ambroſia, & niueæ ludunt ſine veſte papillæ.

Nunc veteres cari meditatur Adonidos ignes
Nunc cantat, laſſos ſomnus nunc velat ocellos
Quem moduli volucrum ſuadent, viridantis [illegible]
Culmina quas retegunt, leni quę murmure gliſcens
Lymfa quieſcenti Diuę largitur, & aura
Ipſe ſuſurranti Zephyrus quas mittit ab ore.
Pinnati circum volitant luduntq́; puelli.
Floribus hic plumas ornat, ſua corpora librant
In virides alii ramos, pars ſpicula Faunis
Intendit, pars pungit aues, Nymfaſq́; feraſq́;,
Pars dormit, vitans æſtum, pars flumina tranat.
Ipſe Cupido iam ſub opaca delitet umbra.
Stat iuxta Charitum turba officioſa piarum,
Ambroſiaq́; linit dormentis ſpargitq́; capillos.
At circum cupidi ſylveſtria numina Panes
Mirantur Diuę formam, ſimul oſſibus imis
Ferventes rapiunt flammas, moduloſq́; per auras
Nunc iactant, choreas viridi nunc gramine ducũt.
Nec procul arboribus ſub ſpiſsis carmina miſcent
Paſtores, cara iactantes Phyllidis ignes.
Quin cantu iungunt Stephanum mirantur & vſq́;,
Hunc potuiſſe illam ſine amica ducere, tutum
Nec ſemel unquam Veneris ſenſiſſe ſagittas.

Ille

Jlle quieſcentis cantus dum fluxit ad aures
Icta eſt, tota diffundens fronte ruborem,
Aduocat aligerum: quod dedecus, inquit, ab illo
Pendeat, ipſe vides tibi, ſi patiamur abire
Quemquam, qui noſtri vires non ſentiat arcus:
An ſe Diis melior putat hic? qui ſæua pharetræ
Effugere haud poſſunt violenta ſpicula? nunquam
Hoc erit, haud cœlebs poſthac nec tutus abibit.
Vade igitur, mi nate, tuis nunc vtere in illo
Viribus, vt ſpretam capiant præcordia flammas.
Perſequitur iuſſum matris puer, aurea captans
Spicula flammiuomũq; parans arcum inde ꝑ auras
Tranans aggreditur Stephanum atq; illa per imũ
Ibit, ait, pectus, tibi dure ſagitta: quid audes?
Anne putas tutum te ſemper viuere, meq́;
Poſſe carere iugo? non eſt mortalis, vt arcus
Effugiat noſtri penetrantia tela faceſq;.
Dixit & in pectus reſoluta ſagitta volauit.
Jnterea Stephanus ſua pectora ſaucia ſentit
Aligeri faculis Diui, nec ſaucia tantum,
Imas ſed mirè ſibi tela vorare medullas:
O clamat, quis portat aquas, quibus intima cordis
Extingui mihi flãma queat? cremor ignibus Ætnæ.

Hunc

Nunc ſcio quid ſit Amor, Veneris quid ſit [illegible]
Nunc quærenda mihi ſocia eſt q̃ talia demat [illegible]
Haud ſecus vt ceruus canibus comitatus acerbis
Quem venator agit, ſocias vel diua puellas
Cynthia, quærit aquas fluitantes pectore anhelo.
Sic ſilo, punctus acu Cypris, ſociam quærendo
Sudat, acri meditans quæ ſit medicina caloris.
Tunc puer hæc: eſt nota tibi, ſcio ſatq; ſuperq;
Heſbinſiana domus: medicam tibi dico, puellam
Accipies illic: te non minus illa ſagitta
Tacta calet noſtra, pariliq; crematur amore.
Extinguet flammas, flammæ extinguentur ab illa.
Hæc referens, volitat tenuem ſummum aëra pennis,
T[illegible] excipitur gremio & comitatur odoris.
Aggreditur matrem rurſus, quæ pectore natum
Accipiens hilari puerilibus oſcula labris
Iunxit & o dixit, quanta eſt tibi nate Deum vis!
Ardebat Stephanus ſecum ſub corde volutans
Verba Dei dubitat noua vana: at pectore tandem
Aggreditur conſtante ſenem, medicamq; requirit
Natam, quam donauit Amor, ſententia firma
Stat ſubito, amborum nec non eſt vna voluntas:
Nec mora, poſtquam fata ſinunt, ſponſalia more

Con

Concelebrantur amicorum præſente caterua.
Tunc ſponſi complexa manum, hoc ſibi pignus amoris
Sponſa refert firmum captas, par ille rependit.
Haud ſecus Icario ceu feſſos defeſſus ab æſtu,
Nocturno ſitiens refici cupit imbre Fauonî.
Non illum gelidæue valent auræue recentes
Sanare, innumeris aut nexilis vmbra capillis,
Sed tantum in pluuiis ſperat ſeu rore ſalutem:
Sic ardente fouens tacitas ſub pectore flammas
Sanari cupit [illegible] noua nupta mariti:
Non illam matriſue valent dulceſq; parentis
Amplexus ſanare: ſita eſt ſpes omnis in vno.
Iamq; Hymenæus adeſt ſponſo ſponſæq; cubile
Sponte paraturus: verum (eheu) fata reſiſtunt
Grandæui hoc prohibent crudelia fata parentis.
Quem (licet ah caræ thalami noua gaudia natæ
Cernere diſcupiat flagranti pectore) Clotho
Sæua rapit, iamq; inuitus, valeatis amici
Et nati nataq; refert, tuq; optima coniunx.
Iam licet abrumpens filum mihi Parca reſiſtat,
Optataq; vetet me cernere gaudia tædæ:
Non tamen abſiſtam, quin æthere gratuler alto.
O quantum deſiderium, ô ſpes vana parentis:

O iam Sancte Senex lachrymas quot fundere turbã
Cogis amicorum dum triſtia lumina condis?
Serta nouæ nuptæ dum te donare parentem
Excipere amplexu natam, patria oſcula centum
Iungere dum luſus thalamoſq; parare decebat,
Et cantus dignos Hymenæo & coniuge velles:
Pro ſertis cantuq; lyraq; ſonantibus (eheu)
Iam lugubrem planctum, lachrymas atq; æra nigrã
Pro domo picta thalami pro veſtibus atram
Funus, triſtitiam pulloſq; relinquis amictus.
Mira arcana Dei: nam ſic differre voluſti
Gaudia, vtq; ſequi funus lacrymabile patris
Coniugium decreuit & tot ſuſtinuiſſe dolores.
Flet Hymen, fleuerunt Charites, lacrymiſq; ipſa perorta
Flumina manarunt Cypriæ, Cypriq; puello
Lunatum abiiciens arcum qui pectora palmis
Pulſauit clamans: Parca o quid gaudia differs?
Non tamen interea mutantur fata ſororum:
Immotum ſuperauit Amor, nam gaudia nuptæ
Iam parat, accenditq; faces acuitq; pharetram.
Nam Hymenæus adeſt iterum, nunc pronuba Iuno
Aduenit ambobus cælo lætata ſubitò.
Hinc domus hæc feſto dignis ornatibus alte

Inſtruitur, nitet paries fulgetq; tapetis
Omnis, & inſolito denſat fumamine aëra fumus.
Nec mora: per concreta ruit iam prata citatus
Nymfarum ſtipante choro Satyrumq; canentum
Cœtus amicorum, curru iam plurimus hoſpes
Contendit celeri iumentis a limina curſu
Et petere & feſtos præſens ornare hymenæos.
Sponſus adeſt, grateſq; refert venientibus aptè
Quemlibet accipiens dextra, nunc protinus intus
Et cytharæ lituiq; ſonant: nunc celſa taberna
Clangor ad aſtra volat, ter ad altas buccina portas
Inflatur, Cytharæ ter fila ſonora mouentur.
Deinde puellaris celebri veſtita colore
Turba faces pictas radiante cacumine præfert.
Hinc ſponſa & ſponſus continuato agmine longo
Ad ſacram tendunt ædem, mirata caterua
Vndiq; ſpectandi ſtudio pompamq; videndi
Circumfuſa ruit, vitris & proſpicit altis.
Poſt vbi iam ſummi tetigerunt tecta Tonantis,
Cuiq; datur teneram dextra coniungere dextram,
Teſſeraq; annos gemma fulgente fideles.
Et pius, ipſe pedes veſtis cui fluxit ad imos,
Quiq; valet Phlegetontis aquas vitare, ſacerdos

Fœde-

Fœdere connectit ſponſum ſponſamq; perenni.
Et cæleſte vocat ſupplex in vincula numen.
Hoc facto linquunt ſuperi ſacra templa, ſubitq;
Tecta etenim tempus dapibuſq; calentibus vrit.
Tecta intrant: tum tota cohors petit ordine menſas.
Nudus & ipſe caput ſponſus diſcumbere menſis
Quemq; iubet, quos ſe dapibus exercere paratos
Sponte videt, orans & corda leuare bibendo.
Tunc epulæ dantur lautæ, tunc Bacchus in auro
Ponitur, hinc conuiuarum præcordia carpunt
Lætitiam, calices, vitrea nec non pocula ab imo
Siccantur fundo, reſonant quoq; tabula pugno
Læta triumphantes. poſt menſas epuliſq; remotis
Prima choræa datur ſponſo, qui pectore ſponſam
Accipiens ardente, ſequi ſeſe ordine feſto
Poſtulat, aſſurgunt iuuenes. ſibi quiſq; puellam
Quæ placet, inde capit: parte hac ſaltante, natando
Se pelago exercet Bacchi pars altera, voce
Hic titubante canit, cupidus dormire cubile
Flagitat hic, greſſu duplici ruit alter ad ædes.
Sceptra habet ebrietas, per dura ſedilia paſſim
Corpora ſtrata iacent, validoq; ſepulta Falerno.
Iam nunc per tacitos montes vmbroſa ruit nox.

Tunc Cytheræa putat vinclo connectere amantes
Tempus adeſſe, lauatq; argentea membra liquore
Idalio, auratū legem redditq; capillis
Ora linit, noua feſta parans intrare, decoro
Torque euincta micat, rutiloq; induta pyropo
Intrat odoratos currus, quos floribus inde
Hinc Charites ornant famulæ, nectuntq; ſuperba
Frena auibus, quin flore ornat ſua tela Cupido.
Sic noua feſta petit Dea: quo vehit vndiq; flores
Surgunt, aſpirantq; Deam Zephyritides auræ.
Inuectam centum aligeri comitantur amores.
Læta canunt, pictos flectuntq́; per aëra gyros
Oſtentat ſe quiſq́; Deæ, cupiduſq́; nocendi
Quilibet ornatas extendit flore ſagittas.
Vt thalami tangunt portas, calathis inuerſis
Mille genus ſpargunt florum nymboſq́; roſarum
Largo & plenis fundunt ſpirantq; pharetris
Idaliis lectos campis, quos ore nociuo
Syrius haud potuit violare, nec humida cano
Bruma gelu: auratos alii benèolenti liquore
Inuertere cados turgentes, vndiq; florum
Sparſus odor volitat, ſpirant quoq; balſama tectis.
Tunc Amor aggreditur nuptā, Cytheræa maritū

Adducensq; thoro dextras coniungit amantum
Iungit, & his vltro ſancit connubia dictis:
Viuite, felici conſumite ſydere noctes,
Blandaq́; ſub veſtris regnet concordia tectis.
Lis abſit thalamo, mea diſcite munera: Sponſe
Oſcula mille feres, ſic oſcula mille rependes:
Durum erit haud vobis mea caſtra ſequentibus: ite
Non contrà clypeis tectos galeiſque micantes
Ibitis, arma procul noſtro ſint horrida bello.
Tu ſed Achatis eris ſponſæ inſtar, nupta marito
Laudomia ſuo, varia vos prole beabit
Juppiter, & vobis, quod erat prius ignis, erit mel.
Dixit: at aliger Veneris puer illicet arcum
Fortiter extendens, imbutam melle ſagittam
Miſit in amborum flammantia pectora, mella
Sentit vterq; ſtatim, ſolamina ſentit vterq́;:
Claudit Hymen thalamos, ſuadetq́; ſilentia ſomnus
Gemmato Charitum tunc candida turba vehiclo
Imponit Dominam, vehiturq; per aera cœtu
Aligerum ſtipata, puer matriq; Cupido
It comes, & pictas iactantior explicat alas.

SIGIS-

SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI A FRVNDECK

TVMVLORVM LIBER.

IDYLLION IN OBITVM IOACHIMI ERNESTI PRINCIPIS Anhaltini.

ARbor ſpumiferi ad flauas ſtans Albidos vndas
Nobilis, vmbroſis quæ ferit aſtra comis.
Sub qua Relligio, Themis & pax aurea degunt,
Plumoſiq́; habitant cornigeriq́; greges.
Sæpe ſub hac niueis reſonat ſua carmina Nymphis
Pan ſolitus cannis iungere verba cauis.
Sæpe ſub hac Terei deflet mala facta Tyranni
Inſontem repetens Daulias ales Ityn.
Juppiter aſt illa decerpſit ab arbore ramum
Jnſignem, Elyſias detulit inq; plagas

Iamq́ loco meliore viret, ſed flente relicta
Arbore, cui ſemper gloria prima fuit.
Stat tamen hæc arbor, ſemperq́ virebit opaco
Vertice, balanti ſpiſſa erit vmbra gregi.

IN OBITVM PARENTIS CHARISSIMI.

NVnc nunc ſonoros barbite, barbite
Effunde quæſtus, nunc lacrymabiles
Profer camœnas, profer aptas
Cantibus Halcyonum querelas.
Nunc ô ſcatentes per iuga montium
Valete fontes, ô mihi ſyluulæ
Charæ valete & (quas amabam)
Dulciſonæ lyrulæ valento.
Nunc lacrymis lugeto fluentibus
O turba vatum ſacra canentium:
Nunc quæſtibus planctuq́ tempus
Conterite ô iuuenes ſenesq́.
Qui riui amatis murmura limpidi
Iam nunc virentes linquite fluminum
Ripas, amaris nunc olorum
Carminibus ſuperate quæſtus.

Tot lacrymas effundite, Memnonis
Quot mater effudit mala funera
Nati dolens, queis manè campi
Cotidiè virides madeſcunt.
Nunc denegato ſol iubar, aureum
Vultum tegens, nunc Cynthia lugubri
Nigroq́; amictu induta frontem
Splendidulam populis negato.
Dum voce dilectum querulâ patrem
(Fatale ſtamen cui Lacheſis ſcidit)
Decanto, dum vixiſſe dignum
Lugeo Neſtoreos per annos.
Telluris (heu) magnum decus Italæ
Deceßit, immaturus apex ſui
Iam ſtemmatis, iam notus orbem
Gentibus innumeris reliquit.
Deceßit, ad cuius numeros aues
Pictæ canebant gutture conſono:
Cuius ſuauem flagitabant
Teutonici Satyri cicutam.
Qui corda vatum plurima barbito
Permulſit aptà, quem iuga montium
Cliuoſa norunt, quem canentem
Alpicolæ ſtupuëre Nymfæ.

Cui ſæpè pulcris fulgida Naïdes
Contexuerunt ſerta corollulis:
Cuius Thetys iurat camœnas
Threycios ſuperaſſe cantus.
Cui ſæpius flores Dryades vagæ
Tulêre, cuiuſq́; ad numeros boni
Fauni canebant, cui parabant
Capripedes Satyri choreas.
Ad fiſtulam cuius pecudum genus
Saltabat & frondoſa cacumina
Syluæ mouebant, cui fluenta
Murmure dulciſono ſcatebant.
Deceßit alti cultor Apollinis:
Deceßit Aſtreæ decus inclytæ:
Deceßit, ardens qui canoram
Pieridum coluit cohortem.
Non ille luxu tempora deſide
Conſumpſit, haud molli Paphiæ datus
Fuit, mali nec nauigauit
Sedulus Oceanum Lyæi.
Sed triuit aptis tempora fiſtulis
Cantuq́; ſed ſacræ Themidi datus
Fuit, pii ſed nauigauit
Sedulus Oceanum Lutheri.

Cunctis fideli pectore ſeruiens
Non mente falſa conſilium dedit:
Chriſtoq́; confidens amarum
Corporis haud metuit periclum.
Largam recluſit pauperibus lubens
Manum miſellis gaudia porrigens:
Sæpiſſimè docto clientes
Conſilio querulos iuuabat.
Abrupit huic filum Atropos improba,
Nil riuulos curans lacrymantium,
Nil planctum, acu ſed, ſæua, vatem
(Proh dolor) egregium necauit.
Necauit hunc, quâ murmure labitur
Agros ſecans paruo Boda riuulo,
Sedes licet viuus videre
Iuliadum toties flagrârit.
Hic flendum, amaris omnia quæſtibus
Implenda: larga effundere flumina
Hic per genas triſtes decebit,
Luctiſonoq́; vlulare planctu.
Quot lacrymas, quot triſtia per genas
Fudère fidi flumina ſubditi
Carum videntes (ah) cruentas
Iam dominum rapuiſſe Parcas.

Ah, mœſta funus turba ſequentium
Lugebat abductum, procul (ah) ſuum
Nunquam reuerſurum madenti
Aſpiciens facie patronum.
Creuit dolens largo Boda flumine
Tum lacrymarum, teſtificantibus
Tunc literis ripas notauit
Sanguineis, nimium dolorem
Prædaq́; luce hâc ACCIPITER ſua
Oblitus auram altis querimoniis
Impleuit, extinctumq́; planctu
Innumero dominum vocauit.
Heu quod dolores IVLIADVM cohors
Accepit extincti modo funere
Cultoris? (ah) rupit nociuis
Aureolos manibus capillos.
Parnaſſus abiecit modò gramina
Lugens peremptum, laurus & innuba
Se frondibus nudauit, alti
Nec fluitant Heliconis amnes.
Iam lacrymis planctuq́; Heliconidum
Creuêre multum lympha Aganippidos
Fontis, procul pulcrè ſonantem
Barbiton abiiciens APOLLO.

Deſleuit (ah) vatem querula lyra
Lugens amatum: fleuit & ô malæ
Dixit, puellæ, quid iuuabit,
Tam celebrem periiſſe vatem?
Iam pauperes largas queruli manus
Ruptis repoſcunt multoties comis,
Et voce lugenti clientes
O redeas, IOACHIME, clamant.
Iam verba fundunt triſtia triſtibus
Panes cicutis, iam Satyri ſuas
Linquunt choreas, non auenis
Sub viridi modulantur vmbra.
Fontes reclamant murmure garrulo:
Valles reportant verba dolentium:
Triſtis miſellas iactat ECHO
Vallibus è gelidis querelas.
Pectus ferit palmis Dryadum cohors,
Verbisq́; replet ſaxa dolentibus
Sonora, lamentisq́; mœſtæ
Fœmineis vlulant Napææ.
Portant caniſtris veris opes ſuis,
Et verba dicunt ad tumulum ſacra
Nigris cothurnis, nigro amictu
Pro viridi venerantur vmbram.

Hic hic ſpecus, ſemper mihi amabilis
Domus choris gratiſsima Naiadum:
Hoc ſquallet extincto, virentes
Et comulæ periere ſyluis.
Hic totus algens, hactenus (ah) pias
Qui lachrymas ex me toties bibit,
Luget, manentes guttulæq́;
Cærulea referunt dolorem.
Hæc arbor, in ſe quæ pia carmina
Noſtræ cicutæ continet, hæc meos
Olim viatori notatis
Corticibus referet dolores.
Tantos dolores, quos neq; fiſtulis
Nec voce poſſum, carmine nec meo
Fari ſatis: luxêre prata,
Flumina, nubiferiq́; montes.
Cepit cupreſſus alticomas dolor,
Leniq́; mœrent murmure palmites,
Myrtus ſonauit, ſub notato
Cortice congemuêre cedri.
Lugens opacas per ſalices ſtrepit,
Gemitq́; ripis aura virentibus,
(Signum doloris) lympha mœrens
Murmurat & querulo ſuſurro

Guttur repreſsit iam volucrum genus,
Atq; arborum ſub frondibus ingemit,
Canit peremptum luctuoſo
Mynſigerum Philomela cantu.
Iurauit vno tot lacrymas Pales
Se tempore haud vidiſſe dolentium
Paſtorum, amaro nec paluſtres
Flumine ſic maduiſſe campos.
Mirans notatos vndiq; cortices
Diana paſtorum numeris, ſuas
Abiecit, extollens querelas
Virginibus ſociis, ſagittas.
Sed quid volunt hæc agmina gentium?
Quid turba pullis corpora veſtibus
Induta? vix (credo) nigrantes
Vix poterunt numerari amictus.
Num quæris? hæc vt funera triſtibus
Verbis fleant, ſuſpiria miſceant,
Vtq́; ad ſuam ſedem beati
Mynſigeri comitentur vrnam.
En ipſe Phœbus luctiſonâ lyra
Plangens adeſt, en Aonidum chorus
Præſens dolet vatem ſuumq́;
Carminibus querulis alumnũ.

En quantus inſit pauperibus dolor,
Quot lacrymas tellus ſitiens bibat,
En ut fluentum lacrymarum
Ora riget miſeris amicis.
Ah quiſq; fletus fundit & intimos
Sentit dolores: hoc ſcio, ſingula
Si lacrymæ confunderentur
Albidos has ſuperare fluctus.
Sed quid iuuat iam tempora queſtibus
Conſumere, aut ſe perdere fletibus
Prorſus moleſtus? quidue planctu
Se nimio lacerare prodeſt?
Nullis ad auras [illegible] ſuam
[illegible] queſtibus, arbore
E florida planctu peremptum
Nec Cybele reuocauit Attin.
O filium mæſtis quoties ſuum,
Verbis rogans mater Berecynthia,
Per hæc ait, quod nate, labris
Vbera noſtra tuis dedère.
Mi redde dilectum puerum, tibi
Quæ tradidi vitam lacrymis meis
Fili [illegible] ait ille matri
Abnuit innumeras querelas. Nec

Nec hic reuiuiſcet lacrymantium
Planctu, nec vllo flumine vultuum :
Hic noſter, etſi poſſet, orbem
Non cupit ad miſerum redire.
Hic fronte iam iam lucifera micans
Vitam beatis deget in Inſulis
Cernit Dei vultum, videtq́;
Sidera ſub pedibus micare.
Iam floſculis cinctus caput aureis,
Miratur auratum ſolium Dei,
Lætansq́; cura exutus omni
Elyſiis ſpaciatur aruis.
Hic grata ducunt otia ramulis
Manes beati ſub viridantibus :
Queis aura ſpirans inſuſurrat
Quam Thetidis parit vnda ſacra.
Hic lympha currit lactea fontibus
E limpidis, hic mellifluas aues
Voces ſonant, æterna ſpiſſis
Syluula quas retinet ſub vmbris.
Hic prata calthis innumeris nitent,
Nec lilia abſunt, nec violæ leues,
Æternum & hic Daphne capillis
Theſſalis aureolis vireſcit.

Hic dulce cœleſtes Satyri canunt:
Nec non puellarum agmina carbaſo
Fulgenti amicta in rure feſtas
Elyſio peragunt choreas.
Non hic boanti murmure turbines
Immanis exercet Boreas ſuos:
Non cana nix, non æſtus agros
Impetit Icarius virentes.
Sed ſemper hic ver floriferum viget,
Regnant flabris auræ Zephyritides
Hic lenibus, Chlorisq; ſpargit
Floribus innumeris agellos.
Lymphæ ſuſurrant murmure blandulo,
Quas ripa cingit graminibus nouis,
Hic ſe, lauant manes, leuesq;
Per ſylüas reſonant cachinni.
Hic mella ſudant corticibus ſuis
Quercus, canoris garrit alaudula
Hic vocibus, quæritq; dulces
Dædala apis folijs liquores.
Hic Cous inſignis caput, Orpheus
Lauruq; cinctus Pollaq; cantitant,
Et fiſtulis ſemper beatas
Lætificant animas ſonoris.

Ergo quid eſt flendum? pariter quoq;
Parens perennem lætitiam capit,
Nec non Olympi tecta luſtrans
Syderibus ſimilis refulget.
Hic (Atropos cum neuerit vltima
Iam fila nobis) lætitia pium
Vatem videntes læta lætis
Tempora colloquiis teremus.
Sed nonne iam ſydus facie nouum
Fulgente patrem cerno? micantibus
Splendeſcit en membris, nitentes
In radios abiere crines.
En præbet aſtris inſolitum iubar,
Lux tempora huic circùm micat ignea,
En currus, en ſplendore Phœbi
Inſolitoq́; nitent caballi.
O nunc Olympi cærulei decus
Salue nouum, ſalue & querulis faue,
Dum clara luſtras aſtra, clarâ
Aſpicias facie relictos.
Nunc ô adeſte, hunc & violis roſisq́;
Ornate paſtores lapidem ſacrum,
E ceſpite aram nunc virenti
Colle ſub herbifero parate.

Parate, lactis ternaq; cymbia
Spumantis huic imponite ſanguine
Agni rigata, fiſtulisq;
Luctiſoni celebrate patrem.
Nec non quotannis, tempora floridi
Cum veris adſunt, ſpargite plurimis
Hanc floribus, tum clara vatis
Facta canent Dryades beati.
Nymphæ canent, ſed verba virentibus
Sylvis ſonabunt, garrula ſingulas
Vocesq; reddet vallis, algens
Nec numeros reticebit amnis.
At verba clarus triſtia [illegible]
[illegible] quam [illegible] Deus
Ipſi dedit, narrabit olim
Vt Dryades doluere patrem.
Vt crinibus paſſis ſilva fleuerit
Dyctinna raptum, ut Naiadum cohors
Lugens ad undas, conſuetos
Sederit, abiiciens amictus.
Narrabit, ut magnus lacrymabili
Hunc voce paſtorum doluit chorus,
Vt verba vallis luctuoſa
Reddidit innumeris querelis.

Hic

Hæc Alcon olim carminibus canet:
At vos auenis luctiſonis boni
Lugete paſtores, rigate
Lacrymulisq́ pius ſepulcrum.
Sic Pan, Pales, ſic & Satyri greges
Syluana veſtros numina ſoſpitent,
Sic nec lupus vobis nocuus
Faucibus abripiat capellas.
Et tu viator, qui tumulum mei
Patris videbis, talia dicito:
O PHOEBE quondam, nunc beati
Perpetuum cineres valento.

Diſtichon anni numerum
continens.

FrVnDekIæ, Vt MaIo nItVIt ter PhœbVs ab aXe
Aethereos petIIt gLorIa gentIs agros.

M. D. XXCIIX.

EPITAPHIVM PATRIS CARISSIMI: VIATOR ET VRNA colloquuntur.

VI. *ECquid id? vnde nitet violis hæc vrna,*
roſisq́?
VR. *Rara parit violas vrna, paritq́*
roſas.
Vnde & hic Aſſyrios marmor diffundit odores?
VR. *Num quæris? cineri ver ſua iura dedit.*
Ver ſua iura dedit, tribuit Zephyritis honores,
Et Dryas & flores culta Napæa tulit:
Hinc roſulæ vernant, hinc & violaria florent,
Hinc de [illegible] ſpirat ille perennis odor.
VI. *Vnde ſed (vrna mihi dic) ſurrexere notata*
Illa cruentoſis lilia litterulis?
VR. *Aonides vatis funus fleuere perempti,*
Aonides ſparſis poſt ſua terga comis.
Ad tumulum fleuit Themis & teſtata dolorem
Heu pius, heu, dixit, nunc mihi nauta iacet.
Ter gemuit, crines ter rupit, & ecce dolentem
Amplius haud feßi ſuſtinuère pedes.
Laſſaq́, iam nimio planctu, ſuccurrite Nymphæ
Clamauit, fer opem Caſtalis vnda mihi.

Quin & Apollo dedit lacrymas: hinc lilia creſcunt,
Lilia ſanguineis immaculata notis.
Cur ver? cur Dryades? cur dona tulêre Napææ? VI.
Illius his dudum fiſtula nota fuit. VR.
Si luſit ſyluis, Dryadas: ſi rupibus altis,
Traxit monticolas ad ſua plectra Deas.
Cur Muſæ, Themis & Phœbus doluere? VR. ſacerdos VI.
Hic fuit & Themidos Pieriiq; chori.
Ergo fuêre auſæ diſrumpere ſtamina Parcæ VI.
Vati quem flerunt Pallas, Apollo, Themis.
Proh facinus: ſuperis nonne eſt modo numen? an audet
Parca quoq; inuitis rumpere fila Deis?
Inuitis equidem diis ſtamina rupta videntur: VR.
Numina ſed ſummi ſic ſtatuêre Iouis.
Scilicet hunc rapiens ad ſydera ſuſtulit, vnâ
Ne caperet mundi damna futura mali.
Aulicus eſt cœli factus: nunc conſilium dat
(Conſilium ducibus qui dedit ante) Ioui.
Illius haud pigeat nomen mihi ferre, tonantis VI.
Conſilium cuius in Iouis *aure valet.*
Mynſiger eſt nomen: VI. tegitur ne hic Mynſiger ille VR.
Lucida qui ſcriptis notus ad aſtra fuit?

VR. *Hic iacet: illum inuita tego.* **VI.** *cur?* **VR.** *viuere*
Debuerat Pylios ſcilicet ille dies. *(annos*
VI. *Debuerat: fata aſt aliter voluêre: ſed omnes*
Virtutes pariter num, breuis vrna, tegis?
VR. *Oſſa tego tantum cineresq́; : ſed inlyta fama,*
Virtuteſq́; eius ſumma per æthera volant.
Nam ſimul haud poterunt virtutes eſſe ſepultæ,
Tot vacuos quamuis mille habeant tumulos.
VI. *Felix vrna Deûm fletu lacrymiſq́; rigata,*
O felix tanti quæ tegis oſſa viri.
Felix vrna vale: cinis o præclare valeto,
Auratis loculis digne habitare cinis.
Ver tibi perpetuum ſpiret violiſq́; roſiſq́;
Corycium fundas vrna perenne crocum.
Æternum valeatis & vrna ciniſq́; beati
Vatis: nunc abeo. **VR.** *tuq́; abiture vale.*

◆

ECLO-

I.

ECLOGA

LVGVBRIS:

IN IMMATVRAM ET LVCTVOSISSIMAM MORTEM NOBILIS, ET VERE OMNIBVS VIRTVTIBVS PRAEDITI

Iuuenis SIGISMVNDI IVLII MYNSINGERI
à Frundeck &c. fratris ſui longè
dilectiſsimi.

LYCIDAS,
VENATOR.

HAEc vluoſa Bodæ gemuit per paſcua triſtis
Venator Lycidas, dum mortem fratris amati
Defleuit miſere, nec ei ſolatia reſtant.
O vos Naiades nymphæ vos carmina flentis
Dicite, vos gemitus crebraſq; referte querellas:
Nam totiens miſerum voluit per gramina corpus,
Et lachrymis maduëre genæ, lacera vndiq; veſtis
Permaduit, ſpretæ ſunt abiectæq; cicutæ.
Diſtractiq; canes, flerunt triſteſq; moloſſi:
Collachrymant fontes, miſerans Boda gurgite in imo
Ter gemit, & triſtis per ſaxa remurmurat Echo.

Lycid. Quis mihi, quis te te rapuit dulciſſime frater?
Frater curarum quondam requieſq; laborum,
Nunc dolor, æternuſq; ægro ſub pectore luctus.
Sic me morte tua triſtem fractumq; relinquis?
Siccine te volucri mors abſtulit impia curru?
Non ſecat ante diem immaturas meſſor ariſtas,
Intempeſtiuas nec carpit vinitor vuas,
Ante diem fera ſed rupit tua ſtamina Clotho.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Quem coluit Pallas, Mars, Delius, & Themis, eheu
Parcarum inuidia iacet, ó crudelia fata,
Crudeles Parcæ, debebat voſnè mouere
Ætas, forma, genus, mores, conſtantia, virtus?
Vah viuunt ventres, Centauri, Sardanopali.
Quiq; ſuos poſſunt tantum vexare clientes,
Qui lucem in tenebras vertunt, qui cuncta procaci
Conuellunt lingua, qui ſancta oracla rident.
Sed tua, te, frater nec mira ſcientia rerum
Iuuit, nec pietas miſero tibi profuit inſons:
Viuere, qui Pylios annos ſoleſq; perennes
Dignus eras, lumenq; tuæ prætendere genti.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

O dolor & lachrymæ. Vidi ah tua funera frater,
Non te nunc plebis poſthac aſtante caterua,
Victorem aſpiciam volucri certare ſagitta,
Aut cantu, aut celeri ſocios ſuperare caballo.
Non tua frondentes mulcebit tibia ſyluas,
Rara neq; intonſi reſonabunt carmina montes,
Heu viuos inter latices, & amœna vireta,
Non mecum poſthac luſtrabis rura moloſſis

Mane,

Manè, nec vmbroſos cinges indagine ſaltus,
Nos etenim à teneris concordes viximus annis,
Mens eademq; fuit nobis eademq; voluntas:
Te defuncto igitur cur heu mihi vita relicta eſt?
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Ah ego ſi pro te poſſem deponere vitam,
Perq; vias triſtes migrare ad ſydera celi.
Teſtes cœlicoli, teſtis mihi magnus Apollo,
Non me Parca ferox, non me nex vnguibus atris
Nec diræ Eumenides terrerent. Sponte lubenſq;
Sed tetra immitis guſtarem pocula mortis.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Felix, ô nimium lucus, dum frater amatus
Te coluit, ſaliëre canes, ſaliëre moloſſi,
Luxuriaſtis oues, diſtentæq; vbera lacte
Cum maribus lætæ paſſim ſaliëre capellæ.
O fortunati, queîs preſſit terga caballi
Sole recens orto, paſſim vaga turba volucrum
Cantabant, grylliq; leues ranæq; loquaces.
Et Boda miratus totiens ſtillantia rore
Ora manu mulcens, virides è gurgite crines
Arrexit, nymphæq; acres ſtupuëre caballos.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Nunc nemus infelix lugent per compita fagi,
Lugent proceræ duris in montibus orni,
Flent tiliæ læues, & culmine fraxinus alto,
Flent coryli fragiles, curuataq; glandibus ilex,
Collachrymant ſalices mœſto plangore, caballi
Vix trahitiſq; pedes per rura arentia laſſos,

Nil vobis ſapit, at confecit corpora luctus:
Et pecus infelix deſerta in valle pererrat.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Quis nunc ò ſonipes, quis nunc tibi frena miſelle
Inijciet? ſtabulo gemis, ah tua pabula temnis.
Defunctumq́; doles dominum. Quis mœſtule iam nunc
Quis ſub conſuetis grex te cuſtodiet vmbris
Latratu? iacet ecce Lacon vlulanſq́; Lyciſſa
Fluminibuſq́; madent lachrymarum flebile viſu.
Flet domus Alldlebiana, dolent iuueneſq́; ſeneſq́;.
Flent Dryades florumq́; Deæ, flent Naiades vdæ.
Flent ranæ, gryllíq; leues, flet turba volucrum,
Flet Boda dilecta fugiens à coniuge, mecum
Ingeminant amnes: Vidi ah tua funera frater,
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Quo nunc ſunt litui? quo tympana, plectra, tubæq́;?
Quo dilecta chelys? quo fiſtula dulcis, & oda?
Quo ſtudium Phœbi doctum? quo carmen & ardor
Muſarum, Suadæq́; decus? Vah omnia ſordent.
Plectra iacent ſine honore, lyræ ſine honore ſepultæ,
Et chelys & cantus, litui doctæq́; ſorores.
Quo tumulo frater recubas tecum iacet omnis,
Et ſonus & cantus ſonat his lachrymabilis, eheu
Vndiq;, flebilibus ſunt omnia plena querelis:
Omnia ſunt macies, ſunt omnia ſquallidus horror,
Sunt tenebræ, & triſtis læthi pallentís imago.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Heu quiſnam mentem miſero tunc abſtulit, heu quis
Auertit ſenſus mihi, cùm dulciſſime frater

Inſtaret tibi ſumma dies? ne ſæua viderem
Quam tibi Parca vicem, quam ſydera dira pararent.
Signa dabant equídem ſortis mihi fata futuræ:
Nam celum obſcuris torpebat nubibus, & cum
Ahlſlebiam peterem, tenebris fuit obruta turris
Totáq; Bonkenbecka domus, nec ſuſtulit amnis
Rorantes crines: verum caput abdidit vlua,
Ingemuere vlulæ, dedit omina triſtia cornix:
Quis tamen, ah tantos ex his inſtare dolores
Tamq; immaturam potuiſſet cernere mortem?
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

O ego te Bybli (quæ fons ob fratris amorem
Iam fluis) ipſe ſequi quirem, ô egó ſoluar in amnem
Ex lachrymis, totiens quas triſti pectore fundo,
Sic quondam fidus veniens venator ad vndam,
Fletibus ah chari fratris pia fata dolebit,
Et triſtem augebit lachrymis manantibus amnem.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Tempore quo magni coniunx pulcherrima vatis
Eurydice, in talum ſerpentis dente recepto,
Occidit, & furuas Erebi deſcendit ad vndas,
Et miſer Iſmarius vehementi impulſus amore
Ad manes abijt, pulſiſq; ad carmina plectris
Eurydices petijt properata retexere fata:
Sic generum Cereris querulo modulamine mouit.
Vt (licet haud toto crudelior orbe tyrannus)
Redderet Eurydicen vati: ô ſi Muſa dediſſet
Mi quoq; Threiciam cytharam, quæ flectere rupes,
Quæ poſſet duras deducere montibus ornos,
Per Stygias ſedes, per lurida regna ſilentum

Elyſios peterem campos, ſedeſq; beatas,
Nec cythara aut fletu regem mulcere ſupremum
(Cuius habet nullum larga indulgentia finem)
Ceſſarem, viuus donec mihi frater adeſſet.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Quid loquor infelix? Nulla reuocabilis arte
Eſt vita, haud noſtras audit Libitina querellas,
Cùm ſemel immitis rupit ſua ſtamina Parca.
Haud potuit functum fletu reuocare maritum
Halcyone, Syringa ſuam non corniger heros,
Nec lachrymis charum mater Berecynthia natum
Cùm ſemel ad manes iuit, fraterq; viciſſim
Ad nos non veniet, ſed nos veniemus ad illum.
Pangite lugubres mecum vaga flumina planctus.

Quis tamen has iuſtas poſſet retinere querellas?
Quis precor indomitos potis eſt cohibere dolores?
Fleuimus & gemitus luctantia verba repreſſit,
Fleuimus & lachrymis maduerunt gramina noſtris,
Attamen, heu, nunquam ceſſat dolor, at mihi vocem
Opprimit angor atrox, quatit & ſingultibus imum
Pectus, anhelantemq́; animam, non plura referre
Ah queo, iam moriar ripa hac, dabit vlua ſepulchrum
Naiades nymphæ vos hæc mea fata dolete
Effuſis lachrymis, tumulum conſpergite iunco,
Canna vale, cecini totiens qua Phyllidis ignes.
Voſq́; ſuſurrantes lymphæ, videſq́; receſſus,
Natiuæq́; vmbræ, quondam mea cura, Valete.

Salueto æternum frater mihi chare, valeto
AEternum in cœlis (vbi trinum numen & vnum

Inter tot ſanctos cantores, dulciſonanti
Concelebras cythara? Dum ſanguis in oſſibus vllus
His erit, atq; oculis celi conuexa tuebor,
Non tuus e noſtro labetur pectore vultus,
Nec deſiderium. Salue æternumq; valeto,
Germane ô dilecte mihi, lux floſq; tuorum,
Floſq; equitum, donat mœſto hoc te carmine frater
Vnicus ille tuus, ſalue æternumq; valeto.

Talia dum cecinit Venator, tibia flentis
Decidit ex manibus, gemitumq; ter exhalabat,
Sponte dolens domini queſtus, ter candida Nais
Aſpiciens miſerum lachrymas ſibi pollice ſiccat.
Quin ſalices ripis gemuère, caneſq; fideles
Nunc exhauſta fere lambebant membra iacentis.
Interea per prata ſenex ſpatiatus Amyntas
Aggreditur iuuenem ſuſpiria mœſta trahentem,
Semianimemq; dolens, verbis conatur amicis
Flectere, ſed vulnus nihil inſanabile curat.
Illum deſertos nox intempeſta per agros,
Illum exorta dies inter querceta videbat
Inſomnem, gemituſq; imo ſub corde prementem:
Si DEVS, ah, tantos vellet lenire dolores.

Heinrich Albrecht Mynſinger von
Frundeck, *luctu & mœrore plenus inter
lachrymas & ſingultus faciebat.*

II.

ELEGIA.

SCilicet vt Dominus ſyluæ poſſeſſor opacæ
AEdificaturus ſplendida tecta domus.
Vmbroſa arboribus ſcrutatur luſtra, paratus,
Lignaq; ad inceptos colligit apta lares.
Fraxinus eligitur, quercuſq; probatur, & ornus,
Comparat his firmas ad noua tecta trabes.
Ligna ſed, ædificans quorum non percipit vſum
Colligit, ignito datq; cremenda foco.
Haud ſecus altitonans nemorum qui plurima luſtra
Præſidet, humanum ſcilicet omne genus.
Singula perluſtrat creſcentiaq; aſpicit, inde
Scindit, ad æthercam quæ videt apta domum,
Colligit & ramos, arbuſta, & inutile lignum,
In Phlegetontæos præcipitatq; lacus.
Hic, vbi Mynſigerum creſcentem vidit, & ille
AEdibus in noſtris trabs bona, dixit, erit.
Non huic Aonides, Themis, huic non augur Apollo
Profuit, aut Charites. Omnia morte cadunt.
Certamen ſubijt durum; vitamq; peregit,
Tumba tegit corpus, ſpiritus aſtra petit.
Aſcituſq; choris celeſtibus aurea tecta
Miratur, ſummo perfruiturq; bono.
Iam cæcis iactata vadis videt omnia mundi,
Nec ſtatui reddi quo fuit ante cupit.
Nil etenim prodeſt, ſupereſt breue tempus eundi:
Cædua, mortales, nil niſi ſylua ſumus.

AEternum ſalue, æternum Sigmunde valeto,
Et tua perpetuis floreat vrna roſis.
Tempore quo iunctim nos Iulia fouit alumnos
Quam mihi fraterno fœdere iunctus eras?
Tu ſtudij conſors mihi, tu collega fuiſti,
Nunc leuis ingeſto clauderis vmbra ſolo.
At licet ereptus, tamen hîc tua fama manebit,
Vrna tegit corpus, tranat ad aſtra decus.

Ludolff von Gittelde/ *cognato ceu fratri ſuo amantiſsimo faciebat.*

* * *

III.

EPIGRAMMA.

QVem coluit Phœbus, Mauors, Aſtræa, Minerua,
Auſa eſt lethali tollere Parca manu.
O dirum facinus: debebat tene mouere
Dira, ætas, mores, forma venuſta, genus?
Nam ſi virtutem ſpectes, caſtiſq; politum
Ingenium ſtudijs, iudiciumq; ſagax:
Talis erat, dices, Sigmundus Mynſiger, olim
Eximium poterat qui decus eſſe ſuis.
Sed quid? Id haud mirum eſt: abiectis parcere Parca
Semper, at egregium diſſoluiſſe ſolet.

Ludolff von Marnholtz/ *auunculo ſuo chariſſimo triſtitia plenus faciebat.*

THRENI
PIIS MANIBVS, VERO GENERIS SPLENDORE, ERVDITIONE, SYNCERA PIETATE, VIRTVTVM, LAVDATISSImorumq; exercitiorum equeſtrium ornamentis cultiſſimi & nobiliſſimi iuuenis,

SIGISMVNDI JVLII MYNSINGERI A FRVNDECK:

DVCATVS BRVNSVICENSIS CAmerarij, hypothecarii in groſſen [illegible]/ & hereditarij in [illegible]/ &c.

MAGNI JLLIVS ET PER EVROPAM CELEBERRIMI, CLARISSIMI,
& conſultiſſimi viri IOACHIMI filij:

Ab amicis conſcripti.

VICE

I.

VICERECTOR FRANCISCVS PARCOVIVS AMED. D. ET SENATVS *Academiæ* IVL. S. S.

VEriſſime à Sanctiſſimo vate & Eccleſiæ veteris duce dictum eſſe, vitam hominis cogitatu propè ocyus citatis alis aufugere, vt tranſitus noſter celerrimus ſit, ſæpiùs experimur, dum cotidie videmus ætatem florentiſſimam non tam abſumi curis & laboribus, quàm propria inconſtantia fragilitateq́; labi. Nec verò dum vita vel primùm vel tantùm labefactatur aut deficit, quando præſidijs extrinſecus adſumptis deſtituitur, vt in ipſa potius cauſa interitus quærenda ſit, quàm aliunde adducenda. Non paucos videas in ipſo vitæ exordio, multos in creſcente, plurimos in corroborata ætate exſtingui, pauciſſimos ad canitiem ſic peruenire vt defatigari moleſtijs; non refici bonis videantur, eaq́; pars optima vitæ iudicetur, quæ ſine ſenſu vitæ tranſacta ſit. Ex Philoſophis multi vitam potius mortem, nihilq́; optandum magis homini, quàm vt hinc, ſine etiam certâ alterius ſpe emigrare quàm citiſſimè queat, putarunt. Vèrum enimuerò ſi rem paulò attentius conſideres, cauſaſq́; inſtabilitatis huius meditere, ipſa te infirmitas ad firmitatis conſiderationem perduxerit. Principium ortus noſtri horribiliter peccatis atrociſſimis defœdatum eſt, adeò vt Filij iræ naſcamur, nec in prolem a parentibus quicquam vitæ propagari abſq; venenatiſſima peccati labe poſſit. Vitam ſic ortam ira Dei ſæuiſſima excipit, atq; in limine ſtatim primoque ortu morti, quæ eius eſt deſtructio adiudicat. Hinc vt

Infima quæq; & vita ipſa in ἀταξία, malitia, deprauatione gignuntur, ſanitatiſq; nihil obtinent, ita interiori inſtabilitate laboramus, vt nil firmum in quoquam noſtrum ſit, nil fixum, caduca omnia, & quibuſuis folijs leuiora. Atqui commune hoc malum tanta vi in omnes redundat, vt, ſi vita ſibi ſoli relinquatur, ne quidem ad momentum conſiſteret, ſtatimq; opprimeretur flammis iræ diuinæ abſumta. Quî enim fragilis hæc natura contra iræ furorem ſeſe tueretur? aut qua ratione ſedaret, vt vel ſemel reſpirandi facultatem nanciſceretur? Neq; vllus contra mortis ſententiam exceptioni locus foret, dum peccati confeſſio conſcientiæ perpetuò, in ipſo etiam primo hominis ortu, inſcripta ſit. Conſiſtit interim aliquamdiu vita & bonis fruitur, etiam in ſummis non tantum infirmitatibus, ſed quoq; in extremis malis. Vnde ille apud Senecam, Hanc mihi, vel acutâ ſi ſedeam cruce, ſuſtine, inquit, Vita dum ſupereſt, bene eſt. Miſericordia afflictiſſimæ vitæ ſuccurrens inde intelligitur, quæ iuſtitiæ ſeueritatem mitiget, quæ bona malis admiſceat, quæ ipſam calamitatem quodammodo reficiat & labenti ſpem faciat ſubſidij. Subſidium porrò ſi quæras, quoad firmitatem vitæ deſideratam vtaris, totum Redemptionis negocium cœlitus & Reparationis aperitur. Is qui peccatum, mali iſtius cauſſam, auferat, qui iram in ſeſe ſuſtineat, à nobis auertat, qui vitam hanc mortalem & caducam in immortalem & perpetuam tranſmutet, oſtenditur: infirmitatis verò mala nobis perferenda eſſe docemur, vt perfectionis autori perfectionem nobis quærenti & paranti ſimiliores reddamur. Hac ratione dum mortalem hanc vitam viuimus, infirmitatem fluxibilitatemq; vitæ contuentes, iuſtitiam iramq; Dei, Miſericordiam ſimul & gratiam meditamur, ipsâq; infirmitatis contemplatione & ſenſu de inuicta firmitate admonemur, vt non malè vita Chriſtiani hominis, meditatio iræ & benignitatis diuinæ dicatur. Atqui hæc cau-

ſa

ſi etiam aliqua ſit, cur ſancto conſilio Deus ex hac vita ſæpius euocet, quibus ad diuturniorem nil quicquam deeſſe per Naturam poterat, vt qui defunctorum mortes lugent in Meditationem hanc ducantur. Euidentiſſimum conſilij huius ſanctiſſ. exemplum à Domino hiſce diebus ob oculos nobis poſitum eſt. Vixit & hîc & alibi in Academijs per aliquot annos iuuenis Nobilitate generis & litterarum ſcientia clarus, SIGISMVNDVS IVLIVS **Mynſinger à Frundeck/** Ioachimi Mynſingeri, viri Magnifici, Nobiliſſimi, Iuriſconſulti celeberrimi, ducatus Brunſuicenſis Camerarij hæreditarij, & quondam Cancellarij digniſſ. p. m. filius tanto Patre minimè indignus. Huic cùm ingenium ad omnes omnium generum diſciplinas, & indolem ad quæuis quarumuis virtutum exercitia dediſſet, aliaq; neceſſaria ſubſidia tribuiſſet, nihil priùs fuit, quàm vt optimarum litterarum ſtudijs, virtutumq; diſciplina animum, exercitijs verò honeſtis nobiliumque ordini maximè congruis corpus expoliret, ſeſeq; totum vniuerſæ vitæ, Reiq; publicæ rectè adminiſtrandæ præpararet. Nec verò diuina benedictio conantem deſtituit, tantum enim in multis ſimul conſequutus ante virilem ætatem vnus fuit, quantum rarò multi in vno ſperandum ſibi eſſe autumant. In ſtudijs humanioribus illos fecerat progreſſus, vt non modò viam ſibi ad ſuperiores doctrinas muniuiſſet, ſed etiam politicæ doctrinæ cognitionem eam comparauerat, vt non ineptus ad deliberationes fuiſſet. In reliquis veræ nobilitatis exercitijs ita laborauerat, vt ſiue domi ſiue foris agendum fuiſſet vel ſingula munia ſuo ordine non indigna per ſe obire potuiſſet. Nullum Militis deprehendas in caſtris officium, quod prompta manu, ſi id occaſio poſtulaſſet, non præſtitiſſet. In his verò omnibus, vti ingenio erat miti & eleganti, ſic ſe gerebat ſubmiſsè, nemini moleſtus, nulli infeſtus, omnibus facilis, amicis fidus, à ſimulata beneuolentia alieniſſimus, candidus & apertus, nec donis, bonisue claris, neq; abiectis humilisq; cogitabat. Hiſce alijſq; ſimilibus virtutum ornamentis; necnon pietatis ſtudium ſedulo adiungebat, imo fundamentum ac baſin ſubſtruebat. Quemadmodum enim puer in doctrina Chriſtiana fuerat enutritus, ſic in eadem ſe delectarat, nec vnquam totum ſeſe alijs ſtudijs dabat, magnam laborum partem ſacris præſertim ligata oratione tractandis, impendebat. Et quod ſingulare nobilitatis ornamentum ſit, Miniſterium atq; Miniſtros maximi faciebat. Tam copioſam virtutum ac pietatis ſegetem fructuſq; cum cognati, amici, Eccleſia, Reſp. iam exſpectarent, ecce ſanctiſſimo Dei conſilio ex hac vita euocatus in cœleſte ſanctorum transfertur conſortium, vt quibus breui ornamento, ſubſidioq; fore ſperabatur, mœrorem incutiat, atq; illuſtre exemplum mortalitatis fragilitatiſq; humanæ ſit, quæ non ex defectu aliquo exteriori dependeat, ſed pro ſanctiſſimo Dei conſilio in ipſa natura hæreat. Huic hodie hora 12 funus ſiet, in quo quid noſtrum ordinem deceat, cum quiſq; per ſe facile videat, pluribus indicandum non putamus. Hortamur noſtros, & quibus præeſſe mandamus, vt præſto ſint, dolorem ſuum teſtentur, fragilitatis humanæ ſeipſos admoneant, vitæ infracta firmitas vbi quærenda ſit, cogitent, virtutes demortui piè æmulentur, & ſic extremum hoc humanitatis officium promptè & decenter exequantur. P. P. Helmſt. 1596. 28. Octob.

II.

INgenio felix patriq; ſimillima proles
Iulius à Frondeck hac tumulatur humo,
Mynſigerûm veterum claro de ſanguine venit,
Maxima ſpes generi progenieq; ſui.

Sed veluti violas lædis violentior Eurus,
Et roſa quæ pulchrè eſt viſa virere tacet.
Sic dum magna ſuæ promittit gaudia genti,
Inycit huic auidas Parca ſeuera manus.
Sed valeant Parcæ: Chriſto duce tendit ad aſtra,
A Chriſto Medico qui petit æger opem.

Baſilius Satler D. vnd F. Braunſchweigiſcher
Hoffprediger zu Wolffenbüttel.

III.

DA mihi, magne, tuos quibus vtebare canores,
MYNSIGER, Auſtriacos cum primâ ab origine reges
Excitos tumulis, deſueta reuiſere mundi
Lumina, & auguſto faceres lucere theatro,
Pene puer, tantiſq; habitus nondum vtilis auſis.
Da vates, age, diue lyram: iam noſter Apollo,
Laude tumens quondam, maiorq; furentibus vmbris
Inuidiæ, deiectus hebet, fruſtraq; repoſcit
Quas melior iactabat opes. ſic fracta dolore
Spectantum commune nefas, & publica damna,
Diriguere olim magnorum pectora vatum.
Fas mihi ſit generiq; tuo, famæq; tuorum,
Vt ſolenne prius, libare, quod audiat Albis,
Quod Viader, Varnuſq; ſonans & ſpumeus Iſter.
Nec ſum animi dubius noſtris dicenda Camœnis
Maiori commiſſa tubæ, ſecretaq; vatum
Concilia Elyſijs eadem deflere ſub antris.
Non tamen officium patiar, moremq; requiri
Quo me fama beat, ſupremaq; munera prendam

Mynſingere tibi, magni patris æmula proles,
Gentis honos: quem crudeli mors aſpera rictu
Hauſit, & exanimem patrijs ſuperaddidit vrnis.
Si minus oblitæ veſtigia conſequor artis
Da veniam, placeatq; tibi ſincera voluntas,
Haud ipſi ceſſura rei. ſed carminis orſus
Vnde noui? generis primordia, auitæ, togatæ
Militiæ titulos, & continuata trophæa
Cognoſcenda dedi; neq; ſors maioribus vſus,
Aut atauum ceris ſi cui laus vera paratur.
Hoc referam, quod te grauida de matre cadentem
Excepit fouitq; ſinu Ionis aurea proles
Calliope, cuniſq; vigil aſſiſtere viſa eſt.
Magnum omen, magnum indicium virtutis & artis.
Mox quoq; Paſithea blandarum prima ſororum.
Incepit firmare gradum titubantis, & aptâ
Deſeruire mânu puero: tum plurima fronti
Purpura, & Idalijs increſcere gratia membris
Viſa fuit, patriuſq; lepos manare per ora.
Vix tria compleras vitæ quinquennia, & orta eſt
Lis noua Parnaſſo. totum te Phœbus & omnis
Muſarum veneranda cohors poſcebat, inerti
Vt procul à curâ conſortia munia ſecum
Exigeres, dulciq; ſatur frueere quiete.
At, Themis, & legum cultor Aſtræa ſacrarum,
Eſſe ſuum voluit, patriiq; ingloria Phœbi
Ocia, & exili ſteriles in puluere curas,
Haud minimum nocuiſſe refert, quin vicerit omnes
Sæcula quos iuris genuerunt noſtra monarchas.
At tu ſupra æui captum, moremq; iuuentæ
Par meri gemino, Themidi Muſiſq; litabas
Non minus his inhians animo, quam deditus illi.

Vidimus in cathedra te ſtantem, & præſide fultum,
Ore graui pugnare viris, euoluere legum
Intortos apices, & plauſum auferre theatri.
Vidimus & noſtræ cum ſe dedit impetus arti
Eloquij vernantis opes, auditaq; Romæ
Verba, Maroneis non inferiora cicutis,
Ipſe quibus fata Heroum laudeſq; canebas.
Audijt hæc eadem pater Albis, & audijt vdi
Ripa Salæ, quiq; vndoſi liquidum Occaris amnem
Potat, & Hercynias quiſquis ſtupet accola rupes.
O quoties puro te ſub Ioue plectra mouentem
Obſtupuêre Deæ, quoties decus oris honeſtum
Vſſit Hamadryadas occulto & Naiadas igni.
Inuidit vbi ſæpè Colax, tibi ſæpè Menalcas
Semifer, & luſcus Corydon: quos vidimus ipſi.
Furtiuum rudibus tabulis inſcribere carmen,
Et plauſus captare leues. tu celſior irâ
Inuidiæ, famæq; potens hos furfure paſtos
Arcadas, atq; hirtis ructantes allia buccis
Arte repreſſiſti. ah quantum eſt ſecernere fumos
Ignibus, & caſtum lacui præponere fontem.
Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos innuba caſtos
Melpomene in lucos diuæq; ſacraria Mantus
Deduxit, nouere modum normamq; loquendi
Quem melior Romanus amat. promulſide Graiâ
Tu madidus Latiâq; nihil vulgare ſonabas.
Ergo erit vt viuas, poſitoq; cadauere fama
Euolet ex tumulo cœliq; in parte reſidat:
Vnde omnes ſpectet populos, ſpectandaq; regnet
Æternùm. plaude, ô iuuenis, quod defuit annis
Illa dabit, iactura leuis penſabitur amplo.
At tu ſtirpis honos, & ſpes ſuprema tuorum,

Siue reluctantes exoras carmina Muſas,
Æternum facturus opus de funere fratris,
Seu calido lauis imbre genas, & torpida lecto
Immemor oblituſq́; tui das membra: dolori
Pone modum, mecumq́; animo communia penſa
Fata viceſq́; nouas. viden' vt Mauortia Thrace
Heſperias anguſtet opes? iacet Illyris ora
Preſſa iugo: iacet Adriaci vicinia Ponti
Pannoniiq́; lares. vtinam non Norica tellus
Ardeat, atq; eadem tangant incendia Boios.
Nunquam maiori fuit in diſcrimine noſtrum
Imperium: quodcunq; latus nos cingit, apertas
Aut inimicitias, aut pacem præbet iniquam.
Et nos viuendi tenet maleſana cupido?
Felices quos hora vocat ſuprema viriles
Ante annos: dum nulla thori conſortia: nullus
Prolis amor tardat: dum mens liberrima gaudet
Seruitio exſolui, & patrio ſuccedere cœlo.
Parce anima fratris, cogente amore ego luctus
Caſtigabo tuos: nimium indulgere dolori
Crimen habet: pietas quod poſtulat integra factum eſt.
Vlterius tentare nefas. agat otia cœlo
Mens pia, & in Chriſti gremio ſecura quieſcat.
Parua mora eſt, patrioq́; ſimul iungemur Olympo.
Interea terris viuet, nec deſinet vnquam
Fama viri laudes per totas ſpargere gentes.

Henricus Meibomius, Poëta Cæſa-
rius, Acad. Juliæ Profeſſor, f.

Inclita

IV.

INclita decrêrat Ioachimi facta parentis
Sigmundus variâ Mynſiger arte ſequi:
Tanto nimirum dignus Patre Filius: inde
A primo didicit limine noſſe Deum.
Poſthæc virtuti totum ſe dedidit vni,
Vt genus, vt nomen, vt tueretur opes.
Martis & Artis amans, in vtrumq; paratus, honeſta
Spe plenus, laudum nobile carpſit iter.
Vſq; adeo ſed cuncta ſequi veſtigia Patris
Accinctum, ipſius traxit ad ora Patris
Dux vitæ, veterem ad complexum, atq; oſcula nota:
O felix, qui ſic cepit, & implet iter.

Sal. Frencelius, Profeſſor Helmſt.

V.

MYnſigeri natus, Patriis æquaturus honores
Hei mihi quàm propero funere raptus obit.
Quid vita eſt hominis? quid mundi gloria? fumus
Aut ſi quid fumo vanius eſſe poteſt.
Naſcimur in luctu, & medio diſcrimine mortis:
Quod ſequitur curas, & mala tempus habet,
Cum tuti à morbis rectèq; valere videmur,
Mors ruit, & morbos ſæuior ante venit.
Mynſigero corpus vegetum, & fortiſſima membra
Ingenij dederat, donaq; ſumma Deus.
Omnia momento mors inuida ſuſtulit vno,
Corruit & terra clauditur ille decor.

Diſcite ab exemplo iuuenes, quàm proxima [illegible]
Vltima [illegible] quàm ruat iſta gra[illegible]
Ponite ſecuros animos: aſſueſcite mortem
Noſſe: vt certa illa eſt, non ita certa dies.
Qui ſeſe ad lethum bene præparat: omnia rectè
Expedit. & vitam munere mortis habet.

M. Caſpar. Pfafradius, SS. Theolog.
Profeſſor publicus in Acad. Iulia.

VI.

HEI mihi qualis eras, IVLI dum vita manebat,
Et vires aderant, hei mihi qualis eras.
O decus, o pietas, ó virtus rara genuſq;,
O quantum quanto de genitore caput.
Ad thalamum mallem tibi carmina pangere: verùm
O non ad thalamum ſcribo, ſed ad tumulum.
Quam [illegible] non
Virtuti didicit parcere, ſed vitijs.
Fallor? an eripuit cito te mors liuida nobis
Vita ſit vt cœlis longior ante Deum?
Nempe pij placida defuncti morte quieſcunt,
Ac inſtar ſomno terra cubile datur:
Ne videant ſeris poſt euentura diebus
Damna, quibus mundus concutiendus erat.
Nunc quoq; quis dubitet triſtem impendere ruinam
Quam Mars, quam peſtis ſitúe datura fames:
Et metus in promptu eſt, nec vana eſt fama, quod armis
Sæuiat & ferro nos quoq; Turca petat.
Quin etiam noſtri vix inter viſcera regni
Omnia tuta ſilent, ſed mera bella crepant.

Et ſi mens ſupereſt, quem non tot ſigna mouebunt ?
Quæ mala terrigenis plurima adeſſe docent.
Tu verò Iuli, vitam pietate regebas,
Et tibi Religio maxima cura fuit.
Quin vbi per curas fuerant reliquosq́; labores
Ocia, de Chriſto carmina ſacra dabas.
Vtilis ille labor quo nunc abit ? Ipſane Chriſti
Carmine non per te vita legenda fuit ?
Cumq́; animum ſtudijs coluiſſes omnibus · vnum
Quod deerat, populos viſere mentis erat.
Vt poſſes varios hominum cognoſcere mores,
Iamq́; per Italiam mox patuiſſet iter,
Meq́; tibi fidum comitem Pylademq́; volebas,
Sed tibi nunc melior viſitur Italia.
Sed nunc ſancte cinis molli requieſce ſub vrna,
Longa ſatis breuis hæc cùm bona vita fuit.
Non ſunt digna tuis fateor mea carmina factis,
Hæc tamen hæc noſter ſcribere iuſſit amor.
At tu cum triſti, lacrymas, HENRICE, parente
Siſte parum : placeat quod placuit Domino.
Deſine tandem animum miſeris affligere curis,
Nec fratrem modò, ſed te quoq; frater ama.
In te Mynſigerûm domus inclinata recumbit,
Tu viduæ matris ſpes eris vna tuæ.
Non HENRICE precor, precor ô non abijce mentem,
Ne caſu maior ſit grauiore dolor.
Ex te Mynſigerûm proles numeroſa reſurget,
O radix vireat ſtemmatis alma tui :
Fraternus, fateor, curas exaſperat ardor
At nunc triſtitiam pelle, manebit amor.
Miſimus Heroëm ſed non amiſimus iſtum.
Viuit, & æternum gaudet adeſſe Deo.

Et ſi-

Et licet in cineres corpus redigatur & umbras
Non tamen in nihilum corpus abibit iners.
Tempus erit ſuperas, quando rediuiuus in auras
Surget & in priſco corpore ſanguis erit.

M. Gotfridus Sluterus Veſalienſis.

VII.

Gloria quid mundi, quid opes, quid gaudia proſunt?
Nil proſunt, cœli ſed remorantur iter.
Terra vale, melius ſelegi, portus & auras,
Sunt tua rex ſuperum vulnera Chriſte mihi,
Hic placidè viuo, luctum, vitæq́ dolorem
Depoſui, cœlo, pace, ſalute, fruor.
Ergò tuas mater procul hinc ſepone querelas,
In DOMINO, felix, qui cadit, ille cadit.

M. Paulus Rizemannus, magiſtratui ſuo dilectiſſimo debitæ obſeruantiæ, gratitudinis memoriæ & honoris ergò offerebat.

VIII.

Flebilis Ottonys Satrapæ admiraris abitum,
Cur veniat paſſis, inclyta Muſa comis,
Nec redimita gerat viridanti tempora lauro
Veſtis at alternos contegat atra pedes,
Scilicet hic habitus lachrymisq́ doloribus aptus
Cultus & anguſti pectoris eſſe ſolet.

Muſa mihi irrigui fontes ſolaminis ægro
Pande mei vt riui carminis amne fluant.
Nam duce te fretus metricis accingier armis
Paſſus, & hæc longa ſunt renouata mora.
Mæſta dies aderat cum tu iuſtiſsime Chiron,
Lumine quaterno ſyderis ortus eras,
Et Lacheſis truculenta genas nos dura fatigans
Caſibus, anguſtos non ſinit ire dies.
Vtq; alios ſileam defunctos munere vitæ,
Quos tulit immiti Parca ſeuera manu.
Ille decus Phœbi, Muſarum curaq; Iulus
Sigmundi à Frundeck, magna Myſinger obit.
Eheu quam triſtem Mecœnas inclyte luctum
Ad nos Ahlſlebia, hæc nuncia fama tulit.
Quæ referebat vti generoſa ſtirpe relata
Inter ſemideos gloria Mynſigerûm.
Nec præter meritum vates heroicus, ingens
Auctus honore nouo, claret in arce σοφῶν.
Rarus enim ingenij fundebat diuite vena,
Dia Redemtoris nobilis acta ſui.
Tantus, & hæc viridi præſtans haud ſegniter æuo
Orſus erat vires exeruiſſe ſuas.
Ingenuus patrium nitidis referebat ocellis,
Inſtar id in vultu menteq; vatis erat.
Et ceu forma nitens patrios induxerat artus,
Sic virtute parem ſpes fore magna fuit.

Æmulus vt patrias laudes nomenq; decusque
ὄφρα δίκην coleret iura probata fide,
Felix conſilijs monitisq; & rebus agendis,
Floreret veſtræ firma columna domus.
Quæ nunc vana iacent, cultos ceu ſtrata per agros
Vi tempeſtatum cùm ſata ſpreta iacent.
Blandus odoratis ceu flos procumbit in hortis,
Aſpera quem duro frigore læſit hyems.
Nec quoq; Pieridum decus & ſpes ſera Nepotum
Interijt Lacheſis dum furibunda ruit.
In caput eximium dum ſæuit & aggerat iras,
Vſq; adeò vt vitæ ſtamina falce metat.
Heu mihi quàm ſæuos parit hæc truculenta dolores
Beſtia dum botrum hunc diripit atq; terit.
Botrus enim viridis radiorum examine tinctus,
Phœbe parum vlterius creſcere iure queat.
Germina tam precioſa ſuis cultoribus ingens
Solamen miſeris cœtibus eſſe ſolent.
Verum Parca ſuis ſtimulata furoribus æqua
Lance rapit iuuenes, enecat atq; ſenes.
Atq; hac lege ſibi ius vindicat omnibus vna
Sorte, quod accelerat fata ſuprema Regonis.
Lex fera ſed vera eſt ſociorum, pollice certo
Quæ ſua penſa trahunt: initis at illa Dei.
Limitibus certis vitæ qui tempora ſignat
Terrigenis, quæ non tranſilijſſe licet.

Et ne fœda cohors reproborum ingente maligna,
Virtutum decus & pectoris omne terant.
Maximus ille hominum ſeruator & arbiter ingens
Accelerat ſanctis vltima fata ſuis.
Atq; ita nil proſunt reor eiulatus & angor
Fratrius egeritur penè dolendo dolor.
Des igitur fratrio Mecænas inclyte amori:
Sin minus apta tibi noſtra medela venit.
Et reuocare tuum coneris pectus anhelum,
Mœrore à nimio qui nocuiſſe ſolet,
Inſita cordatis natura potentibus hæc eſt,
Sanguinis vt nequeant non meminiſſe ſui.
Accidit aduerſi quicquam vel in ære vel agro,
Damna dolenda quidem damna ferenda tamen.
At cui obtigerit fraterno in pectore vulnus,
Oſſa penetrando cordis ad ima ſubit.
Hæc tamen ingenuûm, pietas quibus inclyta cordi,
Integra quosq; fides mutuus ardor agit.
Nemo igitur iuſtum queat incuſare dolorem,
Quem ciet innocua cum pietate fides.
Nam ſilice è dura noſtri non viſcera cordis,
Finxit at è molli carnea carne Deus
Hæc animo reputans, atq; ima mente reuoluens,
Ærumnas animi metior inde tui.
Inclyte, nam tua vis generoſa & feruida magni
Pectoris Aſcræis non ſimulata latet.

Sic gemit Iſacides mendax cum ſama Ioſephum,
Spargeret à rabidis interyſſe feris.
Angitur & lachrymas fundit Ieſſeius heros,
Cum ſobolis ſenſit fata propinqua ſuæ.
Attamen vt planctus luctuſq́; in funere Nati
Deſijt, obſequio Numinis inde ſui.
Sic heros vt iuſta datur tibi cauſa dolendi,
Sic etiam iuſtum debet habere modum.
Pelle graues igitur lachrymas, ſuſpende querelas,
Arbitrio fas eſt ſubdere cuncta Dei.
Qui vitam lepidum germano & pectore fratrem
Obtulit ad placitum hunc in ſua regna locat.
Nec decet humanis rimari mentibus illa,
Quî duce diuini Numinis eueniant.
Optimus eſt rerum conſultor & arbiter ille,
Qui ſapit expediat quid noceatúe pys.
Proderit & ſeros vitam producit in annos,
Proderit & iuuenes ad caua buſta rapit.
Quiq́; ſuus ſtatuente Deo ſtat terminus æui,
Nemo poteſt hominum vincere nemo poteſt.
Hic neq; ſpectantur ſexus, nec geſta, nec ætas,
Qui metam attigerit curſibus æger obit.
Nec perit vt noſtrûm penitus nihil inde ſuperſit,
Grex veluti ſtatuit ſus Epicure tuus,
Viuidus eſt animæ vigor & cæleſtis origo,
Exceſſuq́; ſuo ſidera clara petit.

Maſſa nocens carnis lethi ſub iura vocatur,
Et quia fimus erat limus inanis erit.
Sic veterem luimus noxam triſtemq; ruinam,
Atq; rei proprio crimine turba ſumus.
At mox tempus erit, cœli cum clangor ab alto
Ingruet & mundi vaſta theatra ruent.
Vaſta theatra ruent mundiq; poliq; ſoluta
In fluidum liquidi corporis igne rogum.
Chriſtus vbi reſidens in Maieſtate verendã,
Supplicium ex meritꝭ donaq; iuſta feret.
Tum quoq; noſtra cauis excita cadauera tumbis
Protulerint viuum glorificata decus.
Et quæ tarda prius volucres rapientur in auras
Claraq; Phœbei luminis inſtar erunt.
Tum ſine fine dies & gloria ſumma ſequetur,
Et læti æternum ſtabimus ante Deum.
Coniunctisq; animis votisq; feremus ouantes
Diuis mellifluo iubila mille ſono.
Iunctus erit frater fratri, coniunxq; marito
Defuncto vt grati carmina læta canant.
Grandior hic æuo diuûm celebrabit honores,
Laudibus eximÿs, celſaq; facta λόγȣ.
Qui fuerit varÿs morbis vitæq; periclis
Crebrius emerſus, munere Chriſte tuo.
Hic Crúciger virides palmas oleiq; racemos,
Præferet auguſto læta trophea duci.

Hæc anguſta dies votis optanda ſerenis
Omnibus eſt cordi queis ſua parta ſalus.

Μόνῳ τῷ θεῷ δόξα.

Canon χρονολογικός:

CVM dux Iſrahel coleret σκηνῶν ſacra
Nobilis & vates hic ſua buſta ſubit.

Aliud ἐπόστιχον annum, menſem & diem mortis
I V L I I liquidò repræſentans:

SCorpIVs aLterna Vt VICe habebat ſpICVLa PhœbI,
IVLIVs eXCeſsIt Mynſyger orbe Deo.

Ioachimus Decimator, Pfarherr der Gemeine
zu groſſen Otterſleben vnd Bönnekenbeck.

IX.

SYlua per Autumnum pulchros amittit honores
Frondis, & enatum florida terra decus.
Quin homines eade crebro ſub tempora languent,
Aeris incerta temperieq; cadunt.
Hoc probat, eximia clari virtute parentis
Nobilis, exemplo Mynſiger ipſe ſuo.
Qui puer ante diem florentibus occidit annis,
Occidit, ah ſæuæ triſtia fata necis!
Sic roſa manè viget, ſic lilia candida fulgent,
Arida quæ primo veſpere facta iacent.
At cum poſtremæ ver illud amabile lucis
Ex letho vitæ corpora noſtra dabit:
Tunc, velut Edenij cœleſtis floſculus horti,
Iunior è molli Iulius ibit humo.
Non ſecus, atq; iterum fundit noua gramina tellus,
Induit & vernas arbor opaca comas.

Interea, iuuenis, tua molliter oſſa quieſcant,
Et Nymphæ violas in tua buſta ferant,

Distichon,

Continens annum, menſem & diem obitus:

LVX OCtobrIs erat, CrIſtatæ SaCra VoLVCrI,
QVa raptVs Letho MynsIger Iſte fVIt.

JM Herbeſt verleuret der Wald
Sein grünes Laub/ vnd ſchön geſtalt/
Deßgleichen die Erd jhre Zier/
Was draus gewachſen iſt herfür.
Ja der Menſche nach altem brauch/
Vmb die zeit offtmals kranck wird auch/
Felt nieder vnd plötzlich vergeht/
Weil kein beſtendig Lufft nicht weht.
Daſſelbig der Mynſinger wehrt/
Allhie mit ſeinm Exempel lehrt/
Welcher geadelt zu der friſt/
Durch ſeines Vaters Tugend iſt.
Der hat in ſeinen jungen Jahrn/
Sehr frü müſſen von hinnen fahrn/
Ach/ was machſt du grauſamer Todt
Viel Jammer/ Leid vnd groſſe Noth.
Alſo ein Lilg/ vnd Rößlein zart/
Des Morgens blüht nach beſter art/
Das doch zur erſten Abend ſtund
Verdorret/ vnd geht bald zu grund.
Aber wenn der liebliche Mey/
Des letzten tages kömmet frey/
Der vnſern Leibern dort jhr Lebn
Einſt nach dem Todt ſol wider gebn.

Da wird ein junger Julius
Auß der Erd wachſen ohn verdruß.
Vnd ein Himliſches Blůmelein
Des Paradiſes GOttes ſein.
Gleich wie im Frůling thut außſprieſſn
Das Erdreich / vnd new Graß auffgieſſn/
Oder wie mancher Baum ſo breit /
Schön Bletter anzeucht anderweit.
Mitler weil rhu du Edler Held /
Fein ſanffte biß ans End der Weit/
Daß die Jungfrawen dir / O Knab/
Violen ſtrewen auff dein Grab.

Iohannes Schrader Paſtor in Neindorff
& Beckendorff.

X.

HIc nos valle tenebroſa turbam exulem egentem
Antiquæ ciuis patriæq́ & lucidus aulæ
Indiges æthereæ nunc Mynſingere relinquis,
Mynſingere nitens patriæ virtutis imago
Fulgida Muſarum fax, auree Nobilium flos.
Qualis eras dum vita tibi? quàm nunc fugiens hinc
Exunias tenues triſtiſſima pignora linquis.
Sic verno flos rore ſatur per amœna vireta,
Fulgidus exoriente die ſtat; veſpere triſtis
Occidit exuſtus violento Solis ab æſtu.

Heu genus infelix! mox vitales vbi in auras
Naſcimur, occidimus. vitæq; in limine vitam
Linquimus aufugientem. Et tu te mox tegis vmbra,
Vix viſus, neq; maturus nobiſq; tuiſque,
Ipſe tibi licet ô rarum ſibi qui ſatis ipſi eſt!
Nam tibi dum faciles Superi, dum fata ſinebant,
Semper recto animo virtutem ambire ſerenam
Nil diæ præferre ſacro ſapientiæ amori,
Cura fuit, falſæ lucis fallentibus vmbris,
Excußis animo ſperata inquirere regna,
Dotibus æternis cœli florentia regna.
An te ſanctus amor ſuperûmq; immenſa cupido
Impulit huc? Ergo fugientem è turbine mortis
Sede beatorum locat indulgentia cœli.
Ter felicem animam! felicia pectora cœlo
Debita ſidereis iurè adſciſcenda maniplis.
Nos hîc dira premunt trucis (heu) contagia lethi
Cæca intemperies, falſæ ludibria lucis
Carcere captiuos cæco: Tu liber iniquis
Compedibus tenebriſq; habitas in luce ſerena.
Mirandorum operum cauſas, adytiſq; profundis
Abdita vbi alterius penetras myſteria ſecli
Luminis æterni radijs perfuſus; Abrahæ
In gremio, Triados ſanctæ circum oſcula pendes
Ebrius immenſo diuini flumine amoris.
O quot lætitiæ ingentis tibi baſia! At horum

Ad nos imbelles tenuis vix labitur aura.
Non humana capit mens hæc, non ambitus orbis.
At deſiderium ſaltem ſuſpiria feruens,
Vocem inconditam moneat. Nam certa quietem
Hanc iurat noſtram eſſe Fides. Spe regna tenemus
Lætior ingreſſus quæ Sigiſmunde triumphas.
Quis cœli procerum fulgentis in ordine ſorti
Inuideat planctu ſæuo? quid pectora mœſti
Tundimus? ora rigat geminus ſalientis aquæ fons?
Munere conceſſus Diuûm repetitus ab iiſdem eſt.
Gratemur patriæ ciui. Nos defleat ille,
Aut potius varum ſe quiſq;. Nouam induit ille
Vitam morte piâ: Vita hæc certiſsima mors eſt.
Pulla tamen veſtis nos impedit, vltimus index
Quo te proſequimur feruentis amoris Iuli,
Et nos qua frueris placidam ſperare quietem.
Tumba habet exuuias donec lux vltima finem
Afferat indomitæ morti, vitamq́ reducat.
Vos ſanctæ exuuiæ, quondam fulgentia magni
Templa Dei, mentisq́ piæ, requieſcite: vosque
Interea ſancti Manes SALVETE, VALETE.

Fecit

M. Henningus Tegetmeier.

Perfuſe

XI.

Perfuſe ſanctis ora liquoribus,
Et docte claris MYNSIGER artibus,
Quo vadis? Ah ne morte mœſtum
Deſere, cùm genitrice fratrem.
Adeſte Muſæ: viſum aliter Deo eſt.
Lugendus ægro carmine IVLIVS.
Quantum ille pernox labra curâ
Fontibus Aonijs rigauit?
Linguas & Artes firmiter imbibit,
Sacraſq́; leges, Iuraq́; calluit,
Et Chriſtiana nempe feruens
Religione pios fouebat.
O laude patris filius inclytus,
Sed laude gaudens de propria magis,
Virtutis hæres quam bonorum
Maluit eſſe libens paternæ.
Virtute conſtat Nobilitas: genus,
Aut ſors benigna fronte iocans diu
Dat glorioſa laude paucos
Funera viuere poſt in annos.
Sed Fama longo tempore permanet
Quam clara virtus factaq́; conferunt,

Quid corpus ergo ſi putreſcit,
Non moritur decus atq; virtus?
En vita Chriſti, quæ tibi carmine
Iam ſcripta IVLI nunc quoq; contigit,
Qui vixit hic tellure tecum
Vult modò viuere teq; ſecum.
Firmanda mens eſt: Quin abit, haud obit
Tam forte pectus, tam ſtudijs pius.
Hic ſanguis: In cælis beatus
Parte ſui meliore viuit.

M. Antonius Notholdus Hagenſis.

XII.

Vſſit agros nouies feruenti Sirius æſtu,
Nonaq; difficilis frigore currit hyems:
Ex quo, iuſtitiæ lumen venerabile, canum
Mynſigerum terris abſtulit atra dies.
Iuliaci norunt proceres, Phœbeaq; pubes
Flebilibus luctum teſtificata modis.
Illius exequijs tunc contigit omne, ſepultis
Reddere quod pietas officioſa iubet.
Spes erat in natis, lenitaq; triſtis ab illo
Tempore paulatim ſollicitudo fuit.

O vanas hominum ſpes, & ſolatia! mortis
In medio vitæ vere rapina ſumus.
Altera Frundeccæ gentis ſperata columna,
Aſpice, crudeli funere rapta iacet.
Plangite Iuliades, nigramq́ reſumite pallam,
Lamentis habitus conuentit iſte nouis.
Quam fuerit veſtris operoſus miles in armis
Hic iuuenis, Clio te memorare velim.
Nam duce te verſus teretes cantare poëta
Norat, & in faciles cogere verba pedes.
Norat & arguto ſtrepitu, blandoq́ ſonore
Te duce Threïciæ plectra mouere lyræ.
Iſmarium quali vatem dulcedine tigres,
Saxaq́ cum fluuijs detinuiſſe ferunt.
Obtuleris iuueni vix organa muſica, quæ non
Artifici poſſet ſollicitare manu.
Seruijt & Themidi florentibus impiger annis,
Magnifici voluens inclyta ſcripta patris.
ARDEA teſtis erit, cuius ſub Marte feracis
Indolis in lucem pignora ſæpe dedit.
Quis furor ingenio tot diuûm dotibus aucto
Obſcuras Lacheſin contemerare manus?
Polluit (ah) ſemper ſacra, cultoresq́ ſacrorum
Eripit, abiecto plus ſatis æqua gregi.
Theſpiades ſeruate fidem, memorabile nomen
Obtineat veſtra veſter alumnus ope.

Eſte pio faciles cineri, conſpergite buſtum,
Termite frondenti mollicoliſq; roſis.
Addere ſi lubet & titulum, nomenq; ſepulti,
Aut hoc, aut ſimili ſculpite ſaxa typo:

Oſſa ſub hoc poſuit qui marmore, Mynſiger; Orpheus
Nobilis, & vates ingenioſus erat.
Quale fuit genitor, natus potuiſſet auito
Eſſe decus generi, ni cita fata vetent.

EIVSDEM.
Ode Tricolos Tetraſtrophos,
DE EIVSDEM OBITV, ET VLTIMO STVDIO.

Vitam polito carmine Mynſiger
Chriſti recenſens, à patre cœlitum
Ex orbe pleno lacrymarum
Ad ſuperam reuocatur aulam.
O finis æui ſuauis! ô exitus
Iucundus! optet quem meritò ſibi
Quicunq; cœli gaudet arce,
Ætherijsq; bonis potiri.
Eſt vita ſolus Chriſtus & arbiter
Vitæ beatæ; vita nec vſpiam
Hanc præter eſt quærenda vitam,
Aut homini reputanda felix.

Hanc Chriſtiana dum cithara canit
Vitam, perennis læticiæ memor,
Mundi ſeneſcentis caducas
Spernit opes, fragilemq́ vitam.
Sic ergo vitam, quæ potius labor
Eſt & malorum flebilis Ilias,
Permutat, intrans glorioſæ
Gaudia læticiamq́ vitæ.
Nam victa duræ mortis acerbitas
Si morte Chriſti eſt, mors minimè pijs
Cenſenda mors eſt, ſed parata
Semita principiumq́ vitæ.
Eia ſupernum Chriſte polum citò
Diſrumpe, cœlo labere fulgido,
Hæreditatis fac tuæ nos
Participes, patrijq́ regni.

Henningus Ludouici Mindenſis,
Acad. Iuliæ ſtudioſus, faciebat.

FINIS.

A01 146476

Merari, fil
itob, filii M
it Manaſſe
in campo,
im patribus
ibus domus
per lumbos
a domus Iſr

us eſt ſletus
um, dicentes,
ſerere noſtri
norât te: vt
ſtati ſiluiſſen
neſtem

oculos eon
ſponte tradam
viuentes, quàm
es noſtros m
rũ, qui vlciſc
s, vt ſit finis

non longe a
ad port dũ.
nec
t ergo
ſine gladi
ſuperar
tuit per
expleta, de
t intra ciuita
, Tunc ad C